tur de chriſto dicens ad ipſum chriſtum
Sedes tua deus in ſeculum ſeculi virga
equitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſti=
tiam et odiſti iniquitatem: propterea vn
xit te deus: deus tuus oleo leticie pre cō=
ſortibus tuis. In quibus verbis primo
quidem eum euidenter deum deſignat.
Secundo vero per equitatis vergā ſce=
ptrum in eo regale commemorat. Poſt
vero etiam qualiter chriſtus effectus ſit
indicat dicens: quod vnctꝰ ſit deus a deo
non oleo communi ſed oleo letitie. Nec
ſicut participes ſui: ideſt illi qui in ima=
gine preceſſerāt ſed pre participibꝰ ſuis.
Oleum vero letitie in ſacris volumini=
bus intellectu myſtico ſpirituſſanctus
dignatur.

I ¶ Sed et de pontificatu eius. Ideȝ
dauid alio in loco tale aliquid archanis
ſignat eloquijs tanq̄ ex perſona patris
de filio pronunciantis. De ventre inquit
ante luciferum genui te. Iurauit domi=
nus et non penitebit eum: tu es ſacerdos
in eternum ſecundum ordinem melchiſe
dech. Hic auteȝ melchiſedech in diuinis
voluminibus ſacerdos fuiſſe ſummi dei
refertur: ſed qui non oleo communi pun=
ctus ſit: neq̄ qui ex ſucceſſiōe generis ſu=
ſceperit ſacerdotium ſicut apud hebreos
fieri mos erat. Et ideo ſecundum ordinē
ipſius ſacerdos futurus dicitur chriſtus
qui non olei liquore: ſed virtute celeſtis
ſpiritus conſecretur. Idcirco deniq̄ cum
multi apud hebreos oleo in hoc ipſum
ſolenniter conſecrato vncti ſint chriſti et
ſiue reges ſiue prophete ſiue etiam pon=
tifices per hoc fuerint inſtituti nullus ta
men ipſorum vel genti vel diſcipulis aut
ſectatoribus ex ſuo vocabulo nomen da=
re potuit ⁊ appellare diſcipulos chriſtia



nos niſi hic ſolus qui verus eſt chriſtus
et non oleo humano ſed pater non ſpiri=
tu perunctus. Hic ſectatorum ſuoruȝ po
pulos et vniuerſam per totum mundum
ſui nominis gentem ex veri chriſti voca
bulo appellari fecit perhenni nomine
chriſtianos.

K ¶ Si igitur vnde genus ducat chri
ſtus requiris et eius autorem rimaris
qui auctor eſt omnium audi quid oracu=
la diuina per dauid magnificentiſſimum
vatem ex perſona ipſius ſummi patris
loquantur. Sicut et paulo ſuperius me=
morauimus. De ventre inquit ante luci=
feruȝ genui te. Et quāuis ventris appel
latio in eo qui recte incorporeus creditur
conuenire minime videatur: tamen tro=
picis ac myſticis legibus hoc eſt quod
indicatur quod non extrinſecus et aliun=
de ſubſtituerit filiuȝ pater: ſed ex ſemet=
ipſo: ac ſi dici poteſt de interioribus ſuis
vt hoc ipſum ſit ille qui natus eſt quod
eſt ille qui genuit. et ne adoptionis lege
extrinſecus videatur aſſumptus ſed quā
tum appellatio ventris intelligi ſugge=
ret ſalua reuerentia incorporalitatis in=
trinſecus editus deſignetur veritate na=
ture quod vero ait ante luciferum ante
mundi et ante totius creature deſignat
initium.

L ¶ Diſtinctio ſane inter verum chri
ſtum ⁊ ymaginarios illos qui prius pre=
ceſſerant que habeatur euidens in hoc
iudicium datur. quod illi priores chriſti
nulli pene: niſi genti proprie: cogniti ſūt.
Huius autem veri chriſti non ſolum no=
men: ſed et poteſtas et regnum per om=
nes nationes et per vniuerſum orbeȝ ter
re diffuſum: non ſola cognitione vocabu
li: ſed et diuinitatis cultu ac religionis
reuerentia conſecratū eſt. In omni nāq̄
terra tanq̄ verbum et ſapientia patris.
tanq̄ deus et dominus chriſtus ieſus co
litur et adoratur. ſicut diuinuȝ de eo pro=
nunciauit eloquium dicens. Quia in no=
mine ieſu omne genu flectatur celeſtium
terreſtrium et infernorum. Et omnis lin
gua confitebitur: q̄m dominus ieſus in
gloria eſt dei patris. Unde non ſolum po
teſtas eius et regnum: ſed et affectus et
amor tantus de eo credentiuȝ mentibus
inoleuit: vt etiam animas ponere pro no
mine eius et ceruices ſuas perſecutoruȝ
gladijs non morientur obijcere: dummo
do ſacroſancta apud eos nominis eius.
fides et reuerentia conſeruetur. ¶ Nec
interim nobis neceſſario narrationem re
rum preceſſerint quam perſequi inſtitu=
tius in quibus oſtendetur nomen xp̄i ie=
ſu dn̄i ac ſaluatoris noſtri non nouelle ap
pellationis alicuiꝰ: aut ex carnali natiui=
tate ſed a deo ipſo originem ducere.

M ¶ Quod autem recentis vocabuli
xp̄ianoꝝ gens videtur et ritus obſeruan
tie eius nuper exortus quid etiā hec ipa
nouitas in ſe vetuſtatis contineat oſten=
demus. Antiquiſſimum pre omnibus fe=
re gentibus hebreoruȝ genus haberi pu
to q̄ nulli videatur dubitandū ⁊ qđ apđ
ipſam gentē ſecretior quidam religionis
cultus et obſeruantia diuinis mandata
voluminibus contineatur. In quibꝰ etiā
de nonnullis iuſtitia et pietate predictis
viris refertur: quibuſdam quidem qui et
ante diluuium fuerunt: alijs aūt et poſt
diluuiū. In quibꝰ de noe atq̄ eius filijs
omniq̄ ꝓſapia ſcribit̄ ⁊ vſq̄ ad abraham
protenditur quem parentem gentis he=
breorum conſtat exiſtere. Omnes ergo
illos qui ad abraham ſurſuȝ verſus vſq̄
ad p̄mū hominē generatiōis ordine ꝯſcri
bunt̄ ⁊ ſi nō noīe rebus tn̄ ⁊ religiōe xp̄ia
nos fuiſſe ſi quis dicat nō mihi videtur
errare. Cum enim nomen xp̄iani hoc in=
dicet q̄ xp̄o quis credens per eiꝰ doctri=
nā fidē pietatem ac iuſtitiā teneat ⁊ ſtu=
dijs diuine inhereat ſapiētie atq̄ omne
qđ ad virtutē ꝑtinet exequat̄. Si inq̄ hec
ſunt que a vocabulo xp̄iani nominis idu
cātur et vere eum religionis ſecratorem
deſignant. Hoc erant etiam illi ſancti de
quibus ſupra diximus viri quod chri=
ſtiani nunc eſſe profitentur. Neq̄ enim
aut corporalis eius inerat circūciſio aut
obſeruatio ſabbati. ſicut nec nobis qui=
dem aut vlla de ciborum obſeruatione
religio. vel cetera q̄ poſterioribꝰ ꝑ moy=
ſen figuraliter magis et miſtice obſeruā
da tradūt̄. Cū igit̄ abſq̄ his oībꝰ obſeruā
tiōibꝰ fuerit religioſi illi q̄ꝝ ſupra memo

rauimus viri ſecuti autem ſint fidem ei⁹
quē nos nūc ſequimur xp̄i quē frequēter
apparuiſſe eis ⁊ docuiſſe vel nouiſſe ea q̄
ad fidem ⁊ pietatem pertinēt in ſuperio
ribus approbauimus: quomodo dubi=
tabatur ab illis cepiſſe et ab illis eſſe de=
ductam huius gentis originem: qui ⁊ eū
dem dominum auctorem et ducem vite
ſequebantur et in ſimili religionis ob=
ſeruantia perſiſtebant. Intantum deniq̄
hec in illis premiſſa ⁊ preformata religio
eſt: vt ne ipſo quidem nomine quod cer=
te ſolum differentiam facere videtur ha
beantur alieni. Sed ⁊ ipſos iam tūc non
xp̄ianos: ſed ⁊ chriſtos eē appellatos di=
uina teſtantur eloquia. Dr̄ eīm de illis ex
pſona dei ad alienigenas gētes. Nolite
tāgere xp̄os meos: ⁊ in pphetis meis no
lite malignari. Hec cum de abrahā: ⁊ de
illis q̄ per illud tēpus ad dei cultū perti=
nebant dicta referant. euidētiſſime ⁊ lu
ce clarius in ipis ⁊ ante ipſos chriſtiano=
rum genus iam tunc fuiſſe: ⁊ omnē tenuiſ
ſe pietatis ac religionis obſeruantiā deſi
gnant: quā nunc p aduentū carnalis pre
ſentie chriſti per omnes gentes commu=
nicatam: ⁊ in omnibus impartitam natio
nibus conſtat. Quo ſapientie pietatiſq̄
theſaurus qui velit intra anguſtum con
claue pro raris q̄buſq̄ cultorib⁹ teneba=
tur vniuerſum mundum fidei ac religio
nis profuſione ditaret: Et quod prius
viritim prebebatur. nunc ſimul et ſubito
gentibus integris ⁊ ppl'is ac nationibus
ingeratur. Quod ita futurum diuina in=
ſpiratione proſpiciens quidam eximius
prophetar ſtupore mentis attonitus cū
admiratione exclamat ⁊ dicit.. Quis au=
diuit talia ⁊ quis locutus eſt ita. Si pe=
perit terra in vna die: ⁊ ſi genita eſt gens
de ſemel. Et ita in alio loco de his ipſis
q̄ ſermo diuinus gentē pturiendā eſſe
p̄dixerat ꝯteſtat ⁊ dicit. ijs aūt q̄ ſeruient
mihi vocabitur nomen nouum. quod be=
nedicet ſuper terras: autē ita nouum no
men q̄ chriſtianorum vocabulum genti
bus datum eſt. Nouū autem dicit nomē
nuper deſperſum non nuper inuentum.
N ❡ Uerum et hoc ipſum ita futurum
et hanc benedictionem nominis ac fidei
omnibus eſſe gentibus largiendam. ne=
quaquam diuina oracula ſiluerunt. De
ipſo namq̄ abraham dum adhuc eſſet in
preputio cōſtituturus: dicit ſermo diui
nus. Credidit Abraam deo et reputa=
tum eſt ei ad iuſtitiam: et amicus dei ap
pellatus eſt. Credidiſſe ergo refertur ei
quem apparuiſſe frequenter: et inſtruxiſ
ſe eum que ad pietatem ⁊ religionem p=
tinent: ſupra edocuimus. Chriſto ſcilicet
per quem omnia conſtare que geſta ſunt
et gerenda ſepe probatū eſt. A quo etiā
ad ipſum abraham reſponſa huiuſmo=
di deferuntur. Et benedicentur inquid in
te omnes tribus terre: et iterum. Faciā
te in gentem magnam et multam. Et be=
nedicentur in te omnes gentes terre. In
quo euidenter exprimitur. q̄ ille cultus
atq̄ illa fidei gratia: que tunc abrahe et
paucis illis qui ad id temporis fide ⁊ pie
tate inſignes erant concedebatur. poſt=
modum per omnes gentes ac per om̄es
terras: eſſet benedictionis titulo per di=
uinam gratiam largienda. Certū namq̄
eſt q̄ ſicut ille credēs ei q̄ ſibi apparuit iu
ſtificat⁹ eſt: ⁊ paternis ſupſtitionib⁹ repu
diatiſ ac ſpretis: dei veri p̄cepta fide atq̄
opibus execut⁹ eſt: ergo hoc ei dicit quia
benedicentur in te oēs tribus ⁊ gentes
terre. Ita et chriſtiani fide atq̄ operibus
id agunt vt paterne ſuperſtitionis erro
re depulſo: ſequantur deum quem ſecu=
tus eſt abraham: vt ex ſimili fide eius vi
uificentur ſicut viuificatus eſt abraham
Quid igitur obſtat: vt non vna atq̄ ea=
dem religionis obſeruantia deputetur
in ijs in quibus vnam atq̄ eandem fidei
atq̄ operum eſſe conſiſtit formam: et idō
non nouella neq̄ peregrina eſt chriſtia=
norū religio: et nuper exorta. Sed ſi fas
eſt libere iudicare quod verum eſt. prima
omnium atq̄ ab ipſa ſimul mundi ori=
gine ac natiuitate deſcendens: eodem
chriſto deo doctore et inſtitutore iam in
de ab initio ſpeciē formamq̄ ſuſcipiēs.
Et de his quidem iſta ſufficiant.
❡ Uerum poſtea quam conſequenter ea
que hiſtoricam narrationem debuerant
anteire premiſimus: ſuper eſt iam vt a
corporali p̄ſentia dn̄i ⁊ ſaluatoris noſtri et
de his q̄ deinceps geſta ſunt velut itine
ris noſtri aggrediamur exordiū. Ipſū om



nipotētem verbi patrem deum ſz ⁊ ipm
cuius res geritur ieſum chriſtū dominū
ac ſaluatorem noſtrum celeſte dei v̄bum
adiutoriū ⁊ auctorem narrationis noſtre
precibus inuocantes.

❡ Capitulum. ij. de tempore natiuitatis
chriſti ſecundum carnem.

Bitur ſecun=
do et quadrageſimo īperij
ceſarē auguſti āno ab egy=
pto x̄o ſubiugata: ⁊ Anto=
nij ⁊ cleopatre interitu: in
quē nouiſſima ptolomeorū apud egyptū
regna ceciderunt. Octauo ⁊ viceſimo an
no: dn̄s ⁊ ſaluator noſter ieſus xp̄s: prima
ꝯſcriptione cēſus cyrino ſyrie p̄ſidente: ſ̄z
ordinem totius pphetie q̄ de ipſo predi
cta eſt: in bethlee iude oppido naſcitur.
Hunc aūt ſyrini tpibus habitum cēſum:
etiam ioſephus illuſtris hebreorum hy
ſtoriographus memorat annectēs huic
narrationi: etiā galileorum hereſem hiſ
dem exortam eſſe tpibus. De qua apud
nos Lucas in actibus apoſtolorum me
minit his verbis.

❡ Cap. iij. de iuda galileo ⁊ theoda.

Oſt hūc īquit
ſurrexit Iudas galileus in
diebus conſcriptionis cēſus
⁊ aduertit populum poſt ſe:
ſed et ipſe perijt et omnes quit credebāt
ei diſperſi ſunt. De his autem ipſis ioſe
phus de quo ſupra diximus in hyſtoria
ſua octauo decimo antiquitatū libro hoc
modo memorat. Cyrinus autem vir, vn⁹
ex conſenſu curie romane p ſingulos ma
giſtratus: vſq̄ ad gradum conſulat⁹ aſcē
dens: inter cetera quoq̄ honorabilis cū
paucis ſyriam venit: a ceſare ius dare gē
tibus miſſus. et cenſor ſimul patrimonio
rum futurus. Et poſt pauca ait. Iudas
vero gaulanites vir de ciuitate gamala:
ſed duchum quendam phariſeum aſſu=
mens magnopere videbatur ſollicitare
plebem: aſſerens eis quod a ſcripto cen=
ſus: nihil aliud q̄ apertiſſimam impone
ret ſeruitutem. Simulq̄ hortabat̄ gentē
ſuam: ne perderet libertatem. Sed et in
ſecūda hyſtoria iudaici belli: de hoc ipſo
hic ſcribit. Quo in tēpore inquit vir qui=
dam galileus iudas nomine ad diſſen=
tionem populos cogebat: peſſimum fo=
re eis perſuadēs: ſi acquieſcerent ſolue=
re tributa romanis et poſt deum morta=
lem ſuſciperent dominatū hec ioſeph⁹.

❡ Capitulum. iiij. de herode qui ex alie=
nigenis venit ad regnum.

Erideꝫ tēpus
herodes primus ex alienige
narum genere ortus: regnū
iudaice gētis obtinuit. Et in
ipſo completur prophetia quā moyſes
ante p̄dixerat. q̄ non deficeret princeps
ex iuda: neq̄ dux de femorib⁹ eius: vſq̄
quo veniret cui repoſitum eſt.
A ❡ De quo etiam idem pronunciat
moyſes q̄ ⁊ ipſe ſit expectatio gentium.
Imperfect⁹ nāq̄ preſagij huius pende=
bat euentus. donec ſub ꝓprie gentis p̄n=
cipibus regerentur. Qui incipientis ab
ipſo moyſe qui hec p̄dixerat vſq̄ ad au=
guſti imperium perdurarunt quo in tē=
pore primus vt ſupra dixi herodes exter
ni generis vir: a romanis iudeorum ſu=
ſcepit principatum.
B ❡ Qui herodes (ſcd̄m ea quidē que
ioſephus tradit) ex idumeorū gente pa
ternum genus: ex Arabum vero materni
ſanguinis originē deducebat. African⁹
autem: qui ⁊ ipſe precipuus in hyſtorio
graphis habetur aiūt (inquit) qui de eo
diligentius explorarunt: antipatrē quē=
dam patrem eſſe herodis aſcalonite: qui
⁊ ipſe fuerit herodis cuiuſdā filius tem=
pli Apollinis editui. Hic ātipater ab idu
meis latronibus captus admodū puer
pmanſit cum predonib⁹: pro eo q̄ pater
eius rei familiaris inopia filium redime
re nō valeret. Uerum puer latronū vita ⁊
moribus inſtitutus poſtmodum hircano
cuidā iudeorum pontifici familiaris effi
citur: ex quo naſcitur herodes hic q̄ ſal=
uatoris tēporibus fuit. hec Africanus.

❡ Capitulum. v. q̄ herodis tempore in=
terrupta ſit regum ſucceſſio ſcd̄m danie
lis prophetiam. A.

Bitur cum in ho
minem externe gentis iudeorum

ꝺeueniſſet imperiū: imminebat ſine du-
bio etiā illa ꝓpheticis predicta vocibus
expectatio gentium. Quippe cū defeciſ-
ſent apud eos ab origine ipſiꝰ moyſi ſce-
ptra principum; regumqꝫ ſucceſſio. Priꝰ
eñ ꝙ in captiuitatē Babilonie ducerent
regnauit apud eos Saul. primus: et in-
de dauid. Nam ante reges a iudicibus re
gebantur: qui poſt moyſen et Jeſum ſuc
ceſſorem eius: gentis illiꝰ tenuerant prin
cipatum. Poſt redditum vero de babilo-
nia nō defuere eis gubernacula diſcipli
nis optimis inſtituta. Per pōtifices ⁊ eñ
rerum ſumma gerebatur donec pōpeius
⁊ romanoꝝ magiſtratus aduemens hie
roſolimam: vrbem quidem romanis ar-
mis opugnaret ⁊ caperet. Sancta vero
et ſacratiſſima queqꝫ templi pollueret:
ita vt ne ab ipſis quidem abditis ingreſ
ſum temperaret hoſtilem. Eum vero qui
per auiam ſucceſſionem per idem tempꝰ
regno ſimul ⁊ pontificio fungebatur. Ari
ſtobolum nomine: victum cuꝫ liberis ro
mam miſit. hircano fratri eius pontifi-
catum relinquens. Omnem vero iudeo-
rum gentem ex illo tempore tributariaꝫ
romano fecit imperio.

B ¶ Sed hircano in quē vltimū iudeo
rum gentis pontificatus fuerat deuolu-
tus a parthis capto: primus ſicut ſupra
dixi externi generis vir herodes per ſe-
natus conſultuꝫ Auguſto imperante. iu
deorum gentis adipiſcitur gubernacula
Sub quo imminēte iam ſaluatoris aduē
tu etiā ſalus gentiū ⁊ vocatio expectata
ſcḋm ea que prophete predixerant conſe-
cuta eſt. Ex quo vtiqꝫ tempore interru-
pta ſucceſſionis ſerie ducum vel princi-
pum qui de iude femoribus deſcendebāt
Conſequenti ratione ordo quoqꝫ ſacer-
dotij ab auis et proauis in declinabili-
ter currens repente confunditur. habes
et de his idoneum teſtem ipſum ioſe-
phum qui iudicat herodeꝫ poſtqꝫ regnū
ſibi iudeorum a romanis conceſſum eſt
non iam ſcḋm generis ordinem cōſtituiſſe
pontifices ſed ignobilibus quibuſqꝫ ſa-
cerdotia permiſiſſe. Similia quoqꝫ in ſa-
cerdotibus ordinandis egiſſe etiam ſuc-
ceſſorem eius archelaum refert. Poſtqꝫ
iudeorum imperiuꝫ dicit recepiſſe roma
nos. Idem ipſe ioſephus indicat ꝙ etiaꝫ
ſacram veſtem pontificis ſummi: hero-
des occluſam ſub ſignaculo ſuo tenuerit
nec vniꝰ pontificibus vſum eius poteſta-
tēue permiſerit. Hoc idem ⁊ ſucceſſor eiꝰ
archelaus. Hunc et romani morem poſt
ipſos pontificalis iniurie tenuere. Hec
autem dicta ſint nobis approbare volen
tibus veritatem: prophetie que in aduen
tu domini noſtri ⁊ ſaluatoris impleta eſt.
Sed ⁊ apud Danielem prophetam eui-
denter numerus ſeptimanarum: q̄ vſqꝫ
ad chriſtum ducem futurus deſignatur
impletus eſt. De quibus in alijs locis ex-
poſuimus. Poſt quarū ſeptimanarū con-
ſummationem abolendū eſſe chriſma: qḋ
apud iudeos ſacratiſſimum ſeruabatur:
idem ꝓpheta deſignat. Quod quidē ma
nifeſtiſſime eo ipſo tempore quo domi-
nus noſter ieſus chriſtus aduenit: proba
tur impletum. Hec autem a nobis ꝑ ne-
ceſſario relata ad oſtendendam veritatē
temporum teneantur.

¶ Cap. vj. de diuerſitate generatio-
num a matheo ⁊ luca conſcripta: ⁊ que
de his refert affricanus.

VEruꝫ quoniā
de generationibꝰ chriſti va-
rie nobis Matheus ⁊ Lu-
cas euangeliſte tradiderūt
et contraria ſibi a quam plurimis dicere
putantur. In quo etiam nonnulli fideliū
veritatis ignorantia: commenta quedaꝫ
pro ſuis quiſqꝫ opinationibus conantur
adhibere: etiam de hoc hiſtoriam que ad
nos vſqꝫ deducta eſt in medium profe-
ramus.

A ¶ Affricanus cuius ſuperius fecimꝰ
mentionem: ſcribens ad ariſtidem que-
dam de euangeliorum conſonantia: ⁊ de
genealogijs que a matheo et luca diuer
ſe referuntur: ceterorum quidem opinio
nes procul a veritate dei errantes coar
guit. Ipſe autem hiſtoriam quaꝫ compe
rerat: in his ipſis protulit verbis. Apud
gentem inquit iſrael generationum no-
mina: nunc ſecunduꝫ nature nunc etiam
ſecundum legis ordinem numerantur.
Nature quidem ſucceſſiones habentur
que ex ſeminis vel ſanguinis veritate de



ſcendunt. Legis autem quis filius alio
generante ſubſtituitur, ſub nomine fra-
tris defuncti ſine liberis. Cum enim re-
ſurrectionis inter eos ſpes necdum fuiſ
ſet accepta. per hec reſurrectionis quan
dam imitabantur imaginem vt inā nomē
generis vitio ſterilitatis aboleret. Cum
ergo huiuſcemodi apud eos generatio-
num ordines ſeruarentur: vt quidem ex
ipſo germine: quidam ex ſubſtitutione
ab alijs generati alijs filij legis benefi-
cio deputarentur: a ſingulis euangeli-
ſtarum vtriuſqꝫ modi commemorata ſuc
ceſſio eſt. Id eſt vt alter eorum eum qui
genuiſſet: alter vero eum qui quaſi ge-
nuiſſe videretur exponeret. Et ita fit vt
neutrum euangelium mentiatur dum
aliud nature ordinem. aliud vero legis
exequit̄. Reſcinctum namqꝫ ſibi eſt inui-
cem genus. ⁊ illud quod per Salomonē
⁊ illud quod per natham deducitur: per
legales ſubſtitutiones que fiebant his
qui ſine liberis decedebant: et per ſecun-
das nihilominus nuptias: quibus vnus
at idem alijs parentibus progenitꝰ alio
rū eſſe filiꝰ videbatur. Et ita fit: vt vtraqꝫ
narratio gn̄ationū vſqꝫ ad ioſeph veriſ-
ſimis lineis deducatur. diuerſo quidem
ſed ſatis explorato ordine ſignata.

B ¶ Ut autē clarius fiat quod dicitur
ipſas generationum conſequentias enar
rabimus. Ad dauid per ſalomoneꝫ gene
ratio quā dinumerat matheus: tertium
a fine facit matham qui dicitur genuiſſe
iacob patrem ioſeph. Per natan vero de
dauid lucas generationum ordinem te-
nens: tertium nihilominus eiuſdem loci
facit melchi. Dixit eñ ioſeph qui fuit he
li: qui fuit melchi. Nobis ergo imminet
oſtēdere quomodo ioſeph qui dr̄ ſcḋm ma
theū quidem patrem habuiſſe iacob: qui
deducitur ꝑ ſalomonē: ſcḋm lucā vero heli
q̄ deducitur ꝑ nathan. Utqꝫ iſti ipſi id eſt
iacob ⁊ heli qui erant duo fratres haben
tes alius quidem nathan alius autem
melchi patrem ex diuerſo genere veniē-
tes: etiam iſti ioſeph aui eſſe videantur.
Eſt ergo modus iſte mathā ⁊ melchi di-
uerſis temporibus de vna eademqꝫ vxo
re eſt a nomine: ſingulos filios procrea
runt quia mathan qui per ſalomonem
deſcendit vxorem eam primus accepe-
rat: ⁊ relicto vno filio iacob nomine defun
ctus eſt. Poſt cuiꝰ obitum (qm̄ lex viduā
alij viro non vetat nubere) melchi qui
per natham genus ducit cum eſſet ex ea-
dem tribu: ſed non ex eodem genere reli
ctam mathan accepit vxorem: ex qua ipe
ſuſcepit filium nomine heli. Per quod ex
diuerſo patrum genere efficiuntur iacob
⁊ heli vterini fratres: quorū alter. i. iacob
fratris heli ſine liberi defuncti vxorem
ex mandato legis accipiens genuit io-
ſeph: natura quidem germanis ſuum fi-
lium: propter quod ⁊ ſcribitur. Jacob au
tem genuit ioſeph ſecundum vero legis
preceptum heli efficitur filius: cuiꝰ iacob
quia frater erat: vxorem ad ſuſcitandum
fratris ſemen acceperat. Et per hoc rata
inuenit̄ atqꝫ integra generatio: ⁊ ea quaꝫ
matheus enumerat dicens. Jacob auteꝫ
genuit ioſeph: ⁊ ea quam lucas ꝑ petēti
obſeruatione deſignata ⁊ vna qui puta-
batur eſſe filius ioſeph: qui fuit iacob.
Qui ⁊ ipſe ſubſonante eadem diſtinctio
ne: heli eſſeꝫ filius putabatur qui fuerat
melchi: quia legalem hanc ſucceſſionem
q̄ velut adoptiōe quadā erga defunctos
ꝯſtat magiſqꝫ germinis veritatē: cōpetē
ti ſatis per hoc deſignauit indicio obſer
uans euangeliſta: ne oīno in huiuſcemo-
di ſucceſſionibus genuiſſe aliquem noīa-
ret: ꝑ quod digna diſtinctione non deſcē-
dens: ſed aſcendens vſqꝫ ad adam: ⁊ ad
ipſum vſqꝫ peruenit dominum.

C ¶ Hec autem non nobis ad ſubitū
reperta: aut abſqꝫ vllis autoribus com-
mentata ſunt: ſed ipſi hic ſaluatoris no-
ſtri ſcḋm carnē propinqui ſeu ſtudio tan
ti ſeminis demonſtrandi ſeu edocendi q̄
ſecundum veritatem geſta ſunt tradide-
runt. Attendētes etiam hoc: ꝙ cum idu-
mei latrones aſcalonitate ciuitati irruē
tes ⁊ de apollinis templo quod muro vr
bis adherebat cum ceteris ſpolijs etiaꝫ
antipatrem herodis cuiuſdā editui filiū
captiuum diripuiſſent. accidiſſe poſtmo
dum: vt ad amicitias hircani pontificis
antipater perueniret. Cuius principa-
tum ꝙ in quāplurimis iuuiſſet: defun-
cto eodē hircano herodi filio ſuo a ro-
manis ꝑ ambitionem regnū iudee acce-

perit. Uerum hec ⁊ in alijs grecoꝝ hyſto
rijs deſignant. Sed illud ꝑcipue ſupradi
cti viri memorie tradiderunt: ꝙ ꝑ idē tp̄s
oīs hebreorum generationes deſcripte
in archiuis templi ſecretioribus habebā
tur. In quibus etiam alienigenarū quo=
rūqꝫ continebantur origines: ſicut achior
ex amantis et ruth ex moabitidis: alij ēt
ex egypto qui dicuntur iſrahelitis eſſe cō
mixti. Uerum herodes cum ſummam
poteſtatem teneret: videns quod huiuſ
cemodi generis indicia ſi permanerent
obfuſcationis ſibi plurimum quererent:
ignobilitatis ſue conſcientia exagitatus
omnes libros in quibus conſcriptio ge=
neris habebatur: iuſſit incendi exiſtimās
ſe nobilem videri poſſe: ſi nouitius eſſe: ⁊
aduena iſraelitici generis nullis conſcri=
ptionum faſtibus vrgeretur. Uerū fuere
tum pauci diligentes ⁊ ſtudioſi viri: q̄ vel
deſcriptos ex parte aliqua huiuſcemodi
libros domi haberent: vel etiam memori
ter auite ordinem proſapie retinerent.
Precipue quod de miſſa a proauis nobi=
litas conualebat. Ex quibus fuerunt et ij
quos paulo ante memorauimus de ſpo=
ſyneo .i. heriles vel dn̄icij appellati pro=
pter propinquitatem generis chriſti q̄ et
nazarei fuerunt ex vico cochaba iudeorū
quiqꝫ per omnem regionem circumeūtes
ordinem ſupradicte generationis partiz
memoriter: partim etiam ex dierū libris
inquātuz erat poſſibile perdocebāt. Qui
bus ita a nobis inquātum diligentia po
tuit perſcrutatis euidentiſſime euange=
liorum per hoc veritas declaratur. Hec
ſunt que ab aphricano dedicimus. Hoc
itaqꝫ modo in ioſeph patrum generatiōe
deducta: dubitari iaz non poteſt de Ma=
ria que eiuſdem generis atqꝫ eiuſdez tri=
bus extiterit. Si quidem ſecundum legē
moyſi non licebat in diuerſis tribus nu=
ptias permiſceri. ſed vni ex eodem popu
lo atqꝫ ex eadem familia innupta preci=
pitur copulari: vt ne permixtione coniu=
gij: etiam ſors hereditatis deducatur in
dubiū: et de alia tribu contra fas ad aliā
transferatur: ſed de his ſatis dictum eſt.

¶ Capitulum duodecimum de nece in=
fantium apud Bethleem et Magorum
preſentia.

CHriſto igitur
ſcd̄m prophetie fidem nato
in bethleem iude temporibꝰ
ſupradicti herodis de orien
tis partibus aduentantes quidam viri
ex magorum gente percunctantur ab he
rode: vbi nam eſſet rex qui nuper natus
eſt iudeorum: affirmantes vidiſſe ſtellaz
eiꝰ in oriente: qua ſibi etiam dux itineris
extitiſſet cauſam vero tante ꝑperationis
adorandi ac venerandi nuper editi regis
eſſe. Quibus ille auditis īcredibiliter de
terretur: verens ne ſtatus ſui periclitare
tur imperij. Accerſitis ergo legis docto=
ribus ꝑcunctatr̄ vbinā chriſtum naſci ſpe
rarent. Ut vero ex michee oraculis locus
natiuitatis eius apud bethleem deſigna
tus eſt: vno precepto rex oēs lactantes
pueros nō ſolum apud bethleē: ſed et in
oībus finibus eius abimis et infra: ſcd̄m
tp̄s qđ explorauerat a magis interimi
iubet: ſi quō etiā ieſu cū equeuis poſſit ex
tinguere. Sz ꝑuenit regis inſidias puer
adductus in egyptum: parētibꝰ de dolo
regis angelo prenunciante cōmonitis.

¶ Cap. viij. de cruciatibus ipſius hero=
dis qui necari iuſſit infantes.

VEruz hec etiā
ſacris euangelij vocibꝰ edo=
cemur opere ꝑcium eſt cru=
delitatis herodis in xp̄m et
equeuos eius videre mercedem. Statiz
nāqꝫ nec mora vltio in eum diuina ꝗrer
titur: que nō ſolū preſens inferret exiciū.
A ¶ Uerum et quibus poſt interitū ſup
plicijs eſſet cruciandus oſtenderet. Lon
gum eſt ſi proſperitates imperij eiꝰ qui=
bus ad illud tp̄s vſqꝫ pollebat domeſti=
cis referam cladibꝰ obſcuratas, ignomi=
niam matrimonij funera liberorū quorū
tamen ipſe extiterit parricida, ſororis ēt
ꝑpinquorumqꝫ oīz ſi exequar clades: tra
gedia magis q̄ʒ hyſtoria texi videbitur.
De quibus tamen ſi quis ſcire vult Joſe
phus plenius refert.
B ¶ Igitur cum pro ſacrilegio quod in
ſaluatorem commiſerat ⁊ ſcelere quod in
equeuos eius pegerat vltio eum diuina



vrgeret in mortem: quem dederit exituz
nō puto indecoꝝ ſi ipſius ioſeph in ſepti
modecimo libro antiquitatū hec referē=
tis ſermonibꝰ explicemus. Herodē (inqt)
porro ⁊ maior in dies morbus vrgebat
ſupplicia commiſſi duduм ſceleris expe
tens. Lento nāqꝫ igne extrinſecus in ſu=
perficie corporis vrebatur intrinſecꝰ ve=
ro vaſtum condebatur incēdium. Auidi
tas inexplebilis ſemper inerat cibi: nec
tamen ſatiari vnq̄ʒ rabidis incitata fau
cibus valebat ingluuies: Inteſtina intri
ſecus vlceribus ob ſepta: doloribꝰ quoqꝫ
coli q̄ʒ maxime cruciabatur. Humor liq=
dus et liuidus erga pedes tumidos ob=
errabat ⁊ ab inferioribus partibus pube
tenus tumore diſtentus. ſed et verenda
ipſa putredine corrupta ſcatere vermi=
bus. Spiritus quoqꝫ incredibilis infla=
tio et tentigo obſcena ſatis et execrāda.
His aūt oībus doloribus fetor dirior vl
ex mēbrorum putredine: vel ex reſpira=
tione. anhelitus reddebatur. Ita ex oīi
parte cruciatibus feſſo nulle ſufficere vi
res ad tollerantiam poterant. Dicebant
ergo his quibus diuinandi peritia eſt di
uinitꝰ has penas ab imperatore deo ob
multa eius impie et crudeliter geſta de=
poſci Hec quidez in ſupradicta hyſtoria
refertur de quo paulo aū memorauimꝰ.
¶ Sed in ſcd̄o libro idem hyſtoriogra=
phus ſimilia nihilominus de eodē ſcri=
bit hoc modo dicens. Poſt hoc vero om
nē corpus eius morbus inuadens diuer
ſo eum ſibi met corruptele genere ven=
dicabat. Febris nāqꝫ vna parte lenta ve
xabat prurigo ex alia parte itolerabilis
per oēm corporis diffuſa ſuperficiē. Coli
quoqꝫ creberrimꝰ dolor pedes pubetenꝰ
hydropis abſcederat tumor. Uerenda
corrupta putredine ⁊ ſcatentia verinibꝰ
horreſcebant. Inflationes etiam tortuo
ſi ſpūs ⁊ crebra ſuſpiria conuulſis admo
dum producta viſceribꝰ: ita vt diceretur
a vatibus non morbi corporis hec ſed di
uine vltionis eſſe ſupplicia. Quinqꝫ cum
tot morbis etiam feralibus vrgeret tū
ſpem adhuc viuendi gerens de medelis
atqꝫ remedijs cogitabat. Deniqꝫ trāſito
iordāne aquis calidis que apud calleroē
ſunt vtebatur que etiam potantibꝰ com
mode dicuntur. Uiſum eſt autem medi=
cis ēt oleo calido omne corpus fouēdum
Cumqꝫ depoſitus fuiſſet in huiuſcemodi
fomento: ita reſolutus eſt omnibus mē=
bris: vt etiam oculi ipſi e ſuis ſedibus
ſoluerentur.

¶ Capitulum. ix. De crudelitate hero=
disquā mortis ſue tempore ꝑpetrauit.

DEportatur ex
inde hierico: et famulorū plā
ctibus ammonitꝰ vbi deſpe
rare cepit militibus quidem
quinquagenas dragmas diuidi iubet.
Diucius vero et amicis ſuis plurimum
pecunie largitur. Ipſe autem furore iaz
plenus ⁊ ipſi vt ita dicā minitans morti
fertur in facinus execrabile. Et enim ex
ſingulis quibuſqꝫ vicis vel caſtellis ſi q̄
nobiliores et primarij erant viros ex om
ni iudea ad ſe colligi et recludi iubet in
loco qui dicitur hypodromus. Accerſita
tamen ſorore ſua ſalomone atqꝫ eius vi=
ro nomine alexan. Noui inquit iudeos
de meo interitu gauiſuros: ſz potero ha=
bere lugētes ⁊ exequias honorabiles ex
plangentium multitudine ſi volueritis
vos meis parere preceptis. Hos omnes
quos in cuſtodia haberi iuſſi totius iu=
dee nobiles viros ſtatim vt ego ſpirituz
exalauero interficite in hoc ipſum militi
bus preparatis: vt omnis iudea et oīs
domus etiam inuita defleat obitū meū.
¶ Et poſt pauca idem ioſephus ait. Rur
ſum autem nam et ſibi auiditate ⁊ tuſſis
conuulſione diſtendebatur. Cum ex do=
lorum violentia iam vite exitum adeſſe
ſentiret malo accepto cultrum popoſcit.
Solebat enim ꝑ ſemetipſum purgatum
ſic pomum atqꝫ inciſum edere. Tūc dein
de circumſpectans ne quis eſſet qui ꝓhi=
beret eleuauit in ſemetipſum dexteram
ictumqꝫ librauit. Adhuc idem proſequi=
tur ſcriptor ꝙ paulo anteq̄ʒ nouiſſimum
ſpiritum redderet: tertium poſt duos q̄s
antē necauerat filium ſuuz preceptis im
pijs iugulaſſet atqꝫ ad vltimam lucez ſi=
cut non abſqꝫ maximis doloribus corpo
ris: ita etiam nec abſqꝫ parricidij piacu=
lis aufugiſſet. Talis igitur herodis exti
tit finis que digna ſupplicia ſcelere q̄d

in bethleem erga paruulos geſſerat: et ꝑ inſidijs dñi noſtri ac ſaluatoris exact⁹ ē.

¶ Capitulum decimum de archelai regno poſt herodem.

DE ſucceſſione vero eius hyſtoria nos euangelica perdocet qđ poſtea ꝙ̃ per angelum cõmonitus ioſeph ſublato puero et matre eius de egypto redijt ad terram iudeam. Audiens inquit euangeliſta quia archela⁹ regnaret pro herode patre ſuo timuit illo ire. Commonitus autem in ſomnis abijt in partes galilee. Huicq̃ aūt euangeliſte veritati conſona ſcribit etiam ſupradictus hyſtoriographus: diligenter hoc exeq̃ns quomodo ex teſtamento herodis patris ſui adiudicante etiam ceſare auguſto regni iudeoruz ſucceſſor extiterit archela⁹ et vt poſt decem annos imperio deuolutus ſit vtq̃ philippus et herodes iunior frater cum liſania in terra archias diuiſum iudee regnum regebant.

¶ Capitulum vndecimum qđ falſa eſſe acta que iudei proferunt etiam ioſephi teſtimõio ex ꝯſonatiõe tꝑm conuincant.

IDem quoq; ipſe hyſtoriograph⁹ in decimooctauo libro refert duodecio anno tyberij ceſaris (qui auguſto ſeptem et quinquaginta annis principatu poſito ſucceſſerat) pontium pylatū iudee procurationem ſuſcepiſſe: atq; inibi ꝑ decē continuos annos vſq; ad ipſuz pene finem tyberi perduraſſe. Ex quib⁹ omnibus figmentum impudens euidenter arguitur actorumq; recenti confecta plaſmate aduerſus xp̄m dominum proferuntur. In quibus primo oīm temporis ipſius ratio coarguit falſitatē. Quarto nãq; conſulatu tyberij (qui conſulatus ſeptimo anno imperij eius fuit) piaculi ī ſaluatorem commiſſi tempus falſa hec acta perſcribunt. Quo in tempore euidēter oſtenditur ne miſſus quidem adhuc ad iudee procurationem pilatus ſecundum Joſephi probatiſſimi hyſtorici teſtimoniuz. Qui pleniſſime deſignat duodecimo anno tiberij ceſaris iudee procurationem ſuſcepiſſe pylatum. Conſonanter autem in his cum hiſtorico euangeliſta concordat: quintodecimo dicens anno tiberij ceſaris (in quo quartus erat pilati procurationis annus cuz etiam iudee tetrarche haberent herodes ⁊ liſias philippus) dominum et ſaluatorem noſtruz ieſum chriſtum et fuiſſe annorum triginta: quando ad iohannem baptizand⁹ aduenit. Tunc etenim initium euangelice predicationis inſtituit.

¶ Capitulum .xij. ꝙ a pontifice Anna vſq; ad Caypham quattuor pontifices fuerint: ⁊ ſingulis annis adminiſtrauerint pontificatum in quibus predicatio chriſti completa eſt.

REfert autē euā diuina ſcriptura omne doctrine ſue tēpus exegiſſe ſub pontificib⁹ anna ⁊ caypha: quo ſcilicet anne pontificatus tempore incipiēte docere ceperit: et vſq; ad initium cayphe ꝑtenderit. In quibus ſpacijs vix toti quattuor concluduntur anni. Degalib⁹ porro preceptis iam per illud tempus vt ⁊ ambitione ceſſantibus nulli quippe pontificatus honor vite vel generis reddebat. Sed romana poteſtate alijs nunc. item alijs ſumma ſacerdotij preſtabatur: ita vt annuis ſucceſſionibus mutarentur.

A ¶ Deniq; idem ioſephus refert quattuor per ordinem vſq; ad caypham pontificatus officio poſt annam eſſe perfunctos his verbis ſcribens. Ualerius gratus anna ſacerdotio deturbatio iſmaelum pontificem deſignauit filium baſſi.

¶ Sed et hunc non multo poſt abiciens elezarum ananie pontificis filium pontificatui ſubrogauit. Poſt annuz vero etiā hunc arcet officio: ⁊ ſimoni cuidam cayphi filio pontificatus tradidit miniſterium: quo non amplius et ipſe ꝙ̃ vni⁹ anni ſpatio perfunctis ioſephum (cui et capas nomen fuit) accepit ſucceſſore ac per hoc omne tempus quod dominus ⁊ ſaluator noſter in terris docuiſſe perſcribitur intra quadriēni tēporis ſpacia coartatur. In quo quatuor iſte quas ioſeph⁹ memorat. ſucceſſiones pontificum cum deſcribuntur vix per annos ſingulos mi-



niſtrare. Conſonanter igitur ſecundum ea que ſcripſit caypham pontificez anni illius quo ſaluator paſſus eſt etiam euāgelij ſcriptura deſignat.

B ¶ Igitur dominus et ſaluator noſter non multo poſt initium predicatiõis ſue duodecim ex omnibus diſcipulos aſſumpſit. Quos et ceteris ſectatoribus ſuis preferens ſpeciali quodam electiõis priuilegio apoſtolos nominauit. Cuius nominis virtus miſſos indicat. Sed ⁊ alios poſt hos elegit ſeptuagintaduos ⁊ ipos binos per loca et vrbes ad quas ipſe acceſſurus erat premiſit.

¶ Capitulum .xiij. de Johanne baptiſta teſtimonium Joſeph: ⁊ quod aſſerit eum iuſtum fuiſſe ⁊ ob eius nec eſt vindictam in iudeos eſſe prerogatam.

VErum breui interiecto tempore iohannes baptiſta ab herode filio herodis capite pungit͛. De quo ⁊ in euangelijs quidem refertur. Concordi vero teſtimonio etiā ioſeph⁹ de hoc ſcribit nominatim etiaz de herodiade cõmemorans velut de coniugio fratris philippi viuentis violenter abſtracta ⁊ ſuis ab herode inceptis nuptijs ſociata propria et legitima vxore depulſa: quaz herodiadem filiam fuiſſe dicit arethe regis arabie: propter quam etiam iohannez baptiſtam ab eo commemorat interemptum. Bellum quoq; exortum inter arethaz dicit et herodem tanq̃ ob ignominiaz filie vindicandam. In quo bello exercituz refert herodis extinctuz. Hec autem om̄ia acidiſſe propter piaculum quod in nece iohannis amiſit. Idem quoq; ioſeph⁹ iuſtiſſimum ſuper omnes iohannem fuiſſe ſecundum euangeliorum fidem ⁊ ab herode propter herodiadem capite ceſuz refert. Propter quam etiam regno euz memorat eſſe depulſum atq; in exilium apđ viam nam galilee vrbem truſuz. Hec in octauodecimo antiquitatum libro his ipſis quibus infra annotatum eſt ſyllabis ſcribit. Quibuſdam (inquit) iudeorū videbatur ideo periſſe herodis exercitū ꝙ in eum ſatis iuſte vltio diuina commota ſit pro vindicta iohannis qui vocatur baptiſta: quem puniuit herodes virum valde bonum: qui precipiebat iudeis virtuti operam dare iuſtitiam inter ſe inuicem cuſtodire: ⁊ in deum ſeruare pietatē per baptiſmuz in vnum coire. Hoc enim pacto baptiſmum acceptabile fore: ſi non ſolum ad abluenda peccata ſumatur: verum et ad caſtimoniam corporis atq; ad anime iuſtitiam purificationemq; ſeruetur: omniumq; pariter virtutum velut ſignaculum ⁊ cuſtodia quedam fidelis habeatur. Que cum ab eo precepta huiuſcemodi docerentur atq; ad audiendum eū per plurima multitudo concurreret: virtus herodis ne forte doctrine eius ꝑſuaſione populi a ſuo regno d eiecerūt. (Uidebat enim quod preceptis eius ac monitis obedire in omnibus plebs eſſet parata) melius credidit priuſq̃ noui aliqd fieret anticipare hominem nece: ꝙ̃ poſtmodum turbatis rebus ſeram plenitudinem gerere. Ex ſola igitur ſuſpitione herodis vinctus in caſtellum macheronta adducitur iohannes ibiq; capite obtruncatur. Hactenus de iohanne. Sed et de ſaluatore noſtro domino in eiſdem hyſtoriarum ſuaruz libris idem ioſeph⁹ ita ſcribit.

¶ Capituluz .xiiij. de teſtimonio ioſephi de chriſto.

FUit autē hiſdem temporibus ieſus ſapiens vir: ſi tamen eum virū nominari fas eſt: erat eniz mirabilium operum effector doctorq; hominum eoruz qui libenter que vera ſunt audiunt. Et multos quidem iudeorum multos etiam ex gentilibus ſibi adiunxit Chriſtus hic erat. Hunc accuſatione primorum noſtre gentis virorum cum pilatus in crucem agendum eſſe decreuiſſet nõ deſeruit eos q̄ ab initio euz dilexerāt. Apparuit em̄ eis tertio die iterū viu⁹ ſm ꝙ diuinitus inſpirari ꝓphete vel hec vel alia de eo innũera miracla futura eē ꝑdixerāt. Sz ⁊ i hodiernū diē xp̄ianoꝝ q̄ ab ipo nūcupati ſūt ⁊ nomē ꝑſeuerat ⁊ gen⁹. h cū

ipſe hebreoꝝ ſcriptor olim ſuis libris inſerta tam de iohãne baptiſta ꝙ̃ etiaꝫ de dño et ſaluatore noſtro tradiderit: q̃ꝺ ſ vltra effuſum: que excuſatio impudentibꝰ et perfidis remanebit. Quominus de falſitate geſtoꝝ q̃ poſtmodũ cõfixerũt aptiſſime ꝯuincant. Sed de his iſta ſufficiãt.

B ¶ Apoſtolorũ aũt dñi ⁊ ſaluatoris noſtri nomina q̃ referãtur ex ipſis euãgelijs omnibus palaꝫ eſt. Septuaginta ꝟo diſcipulorum vocabula nuſꝙ̃ quidem reperimus ſcripta. Dicitur tamen vnus ex ipſis eſſe barnabas. Cuius etiam in actibus apoſtolorum mẽtio facta eſt. Sed ⁊ paulus nihilominus ſcribens meminit eius deniꝙ ipſum dicunt eſſe qui cum ſoſthene ⁊ paulo corintis ſcribit. Clemens vero in quarto diſputationum libro cephe mẽtioneꝫ facit de quo paulus dixit. Cum aũt veniſſet cephas anthiochiam in faciem ei reſiſtit. Et dixit eum vnũ eſſe ex ſeptuaginta diſcipulis cognomine petri apoſtoli. Sed ⁊ mathiam ex ipſis eſſe dicit: qui ꝓ iuda apl'oꝝ numero ſubrogatus eſt et cũ qui cum ipſo eſt ſtatutus ad ſorteꝫ. Tatheũ quoꝙ vnũ ex ipſis fuiſſe tradũt. De quo ⁊ hyſtoriam que ad nos vſꝙ ꝑuenit exponere neceſſarium duco. Nam ⁊ plures quã ſeptuaginta fuiſſe diſcipulos ſaluatoris inuenies: ſi obſerues ea que paulus indicat dicens poſt reſurrectionẽ apparuiſſe dñm primũ quidem cephe poſtea illis vndeciꝫ ⁊ poſt hos am plius ꝙ̃ quingentis fratribus ſimul. Ex quibus quoſdã dormiſſe dicit plurimos autem adhuc permanere eo tẽpore quo hoc ſcribebat. Poſt etiã dicit eum viſum eſſe iacobo qui erat vnus ex his qui fratres ſaluatoris appellabãtur. Tum deinde tanꝙ̃ preter hos duodecim ad coꝝ tamen ſimilitudinẽ eſſent alij quidam apoſtoli ſicut ⁊ ipſe erat paulus addit ⁊ dicit. Poſtea apparuit apoſtolis omnibꝰ. Nouiſſime autem viſus eſt ⁊ mihi. Sed ⁊ de his iſta ſufficiant.

¶ Cap. xv. de narratione abagari rege.

NArratio vero quam ꝺ tatheo ꝓmiſimus hunc habet modũ Dñi et ſaluatoris noſtri ieſu chriſti diuinitas cũ ꝓ mirabili ꝟtutis opere ꝑ omneꝫ locũ celebraret in numeros tam de vicinis ꝙ̃ de peregrinis ⁊ lõge poſitis ꝓ remedioꝝ ⁊ cure virtutibꝰ inuitabat ſi qui p̃cipue morbi alicuius egritudine laborarent. Unde ⁊ rex quidaꝫ abagarus noĩe gentis vltra eufratẽ poſite principatum nobiliter tenẽs morbo quodã corporis irremediabili ꝙ̃tũ inter hoĩes tenebãtur. Qui cum de noĩe ieſu ⁊ de mirabilibus virtutũ eius audiſſet ſupplex ⁊ per epiſtolã ſanctus exorat miſſo in rem homine diutini morbi vinculis q̃bus tenebat̃ abſolui. Sed ad preſens q̃dam a dño corporis eius cura differtur. Dignus tñ efficitur reſcripto plene ſaluatoris. In qua ſimul etiam ꝓmittitur ei ꝙ nõ multo poſt deſiderij ſui conſequerẽtur effectum. Deniꝙ poſt reſurrectionem atꝙ aſcẽſionem domini ad celos Thomas apoſtolus ex cõmunitione diuina tatheũ quẽdam vnũ ex ſeptuaginta diſcipulis ad ediſſenam ciuitatẽ euangeliſtã ⁊ p̃dicatorẽ ꝟbi dei emittit ſimul ⁊ que a domino ꝓmiſſa fuerãt impleturũ. hoc in archiuis publicis ediſſene ciuitatis in qua tũc ſupradictus agarus regnauit: ita deſcripta reperimus in his chartis que geſta regis abagari ſeruata antiquitus continebãt. Et vt euidens dictorum veritas fiat ipſaruꝫ exemplaria epiſtolarũ ex ſiriorũ lingua tranſlata ponemus. Exemplar epiſtole ſcripte a rege abagaro vel toparca ad ieſum et miſſe hieroſolymam per ananiam curſorem.

¶ Cap. xvj. de exẽplo abagari ad dominum ieſum miſſe hieroſolymam per ananiam curſorem.

ABagarus veha me filiꝰ toporca ieſu ſaluatori bono que apparuit in locis hieroſolymoꝝ ſalutem. Auditum mihi eſt ⁊ de te ⁊ ſanitatibꝰ quas facis ꝙ ſine medicamentis aut herbis fiant iſta parte: ⁊ ꝙ verbo tantũ cecos facit videre claudos ambulare ⁊ leproſos mundare ⁊ immũdos ſpũs ac demonia eicis. ⁊ eos qui longis egritudinibus afflictãtur curas ⁊ ſanas. Mortuos q̃ꝙ ſuſcitas. Quibus oĩbus auditis id ſtatui in aĩo meo. vnũ eſſe de duobus aut q2 tu ſis deus et deſcendeſcẽderis de celo vt hec facias aut ꝙ filius dei ſis qui hec facis. Propterea ego ſcribẽs rogaueriꝫ te: vt digneris vſꝙ ad me fatigari ⁊ egritudinẽ meã quã iã diu laboro curare. Nã ⁊ illud ꝯperi q̃ꝺ iudei murmurãt aduerſum te ⁊ volũt tibi inſidiari. Eſt aũt ciuitas mihi parua q̃dem: ſed honeſta que ſufficiat vtriuſꝙ.

¶ Exemplũ reſcripti ab ieſu ꝑ ananiam curſorem ad abagarum toparcam.

¶ Capi. xvij. de exemplo reſcripto ab ieſu per ananiam curſorem ad abagarum toparcam.

BEatus es qui credidiſti in me cũ me ipſe non videris. Scriptũ eſt eñ de me. q2 hi q̃ me vident non credent in me: ⁊ q̃ non vidẽt me ipſi credent ⁊ viuẽt. De eo aũt ꝙ ſcripſiſti mihi: vt veniã ad te oportet me oĩa ꝓpter q̃ miſſus ſuꝫ hic explere: ⁊ poſtea ꝙ̃ impleuero recipi me ab eo a q̃ miſſus ſum. Cũ ergo fuero aſſumptus mittam tibi aliqueꝫ ex diſcipulis meis vt curet egritudinẽ tuam ⁊ vitã tibi atꝙ his qui tecum ſunt preſtet.

B ¶ Erat aũt his epiſtolis adiunctũ etiam hoc lingua ſiriorũ q̃ꝺ infra ſcriptũ eſt. Poſtea vero quam ieſus aſſumptus eſt miſit ei iudas qui ⁊ thomas tatheum vnũ ex ſeptuaginta. Qui cũ veniſſet. manebat apud thobiã filium thobie. Ut autem audiuit de eo abagarus ⁊ nunciatuꝫ eſt ei q̃ꝺ veniſſet apoſtolus ieſu ſecundũ q̃ꝺ ei ſcripſerat. Cũꝙ cepiſſet tatheus in virtute dei curare omnẽ langorẽ ⁊ infirmitateꝫ ita vt oẽs mirarent̃. Abagarus ꝯſideratis mirabilibꝰ que faciebat recordatus eſt ꝙ ipſe eſſet de quo ſibi ieſus ſcripſerat dicẽs. cũ aũt fuero aſſumptꝰ mittã tibi aliquẽ ex diſcipulis meis q̃ egritudinẽ tuam ſanet. Et vocãs ad ſe thobiaꝫ apud quẽ manebat ait ad eum. Audiui ꝙ vir quidã potẽs venit ⁊ manet in domo tua: adduc eum ad me. Cũꝙ rediſſet tobias ad tatheum dixit ei. Abagarꝰ toparca vocauit me ad ſe ⁊ dixit mihi vt te ad eũ ꝑducam vt cures eum. ⁊ tatheus. Ueniam inquit quoniam maxime ꝓpter ipſum miſſus ſum. Poſtea igit̃ die tobias mane aſſumpto tatheo venit ad abagarũ. Et cũ fuiſſet ingreſſus p̃ſentibꝰ ꝓmatibus ſuis ſtatim in ingreſſu viſuꝫ eſt. ab agaro diuini neſcio q̃d ſplẽdoris in vultu apoſtoli tathei. Q̃ꝺ cũ vidiſſet abagarus adorauit tatheũ. Sup quo ammirati ſunt oẽs q̃ aſſiſtebãt regi. Ipſi eñ nihil hoꝝ videbãt: q2 ſoli abagaro fuerat oſtẽſum q̃ ⁊ dicere cepit ad tatheũ. Uere diſcipulus es ieſu fili dei. q̃ mihi dixerat: mitto tibi aliqueꝫ de diſcipulis meis qui te curet ⁊ vitã tibi p̃ſtet: ⁊ tatheꝰ rñdit. Q2 magnifice credidiſti eũ q̃ me miſit ꝓpterea miſſus ſuꝫ ad te: ⁊ ſi ꝑmanſeris in fide eius ⁊ credulitate. p̃ſtabunt̃ tibi omnia deſideria cordis tui. Tũ ⁊ abagarus ad eũ. Uſꝙ a deo inq̃t credidi ei vt ⁊ iudeos q̃ eũ crucifixerunt velim ſi vlla mihi adeſſet tãta exercitꝰ copia trucidare ⁊ ſi nõ romani regni auctoritas impediret. ⁊ tatheus ait ad hec. Dñs nr̃ voluntatẽ pr̃is ſui impleuit. Qua ĩpleta aſſumptꝰ eſt rurſus ad pr̃em. Dicit ei abagar. Ego ſcio: ⁊ credo in eũ ⁊ in patrẽ eiꝰ ⁊ tatheꝰ ꝓpt̃ inquit pono manũ meã ſup te in noĩe eius. ⁊ cũ hoc feciſſet: ſtatim oĩs egritudinis morbo quo tenebat̃ abſoluit̃. Miratꝰ eſt abagarus ꝙ ſicut ꝟbis audierat de ieſu ita ⁊ rebus ⁊ operibꝰ reperit ꝑ tatheũ diſcipulum eius impleri qui eũ abſꝙ medicamentis ⁊ herbis curaret.

C ¶ Non ſolum autẽ illum: ſed ⁊ abdon quẽdã abdie filium podagra laborãtẽ cum ſe veſtigijs eius aduolaret manꝰ impoſitione ſanauit. multoſꝙ alios vrbis illiꝰ ciues varijs obeſſos ſanauit incõmodis. Et ſic opera magna ⁊ admirãda ꝑficiẽs p̃dicabat verbũ dei. Poſt hoc autem abagarus ait ad tatheũ. Tu inq̃t cum virtute dei hoc facis et nos omnes videtes miramur. Ueruꝫ queſo te narra mihi de aduentu ieſu q̃uo factus ſit ⁊ de ꝟtute eius in qua faciebat hec q̃ audiui. Et tatheus. Nunc q̃dã taceã veꝝ q2 verbũ miſſus ſum p̃dicare craſtino cõgrega mihi oẽs ciues tuos ⁊ coram ipſis p̃dicabo ⁊ ſeminabo in eis verbũ vite vel aduentus ieſu q̃uo fuit ⁊ cur ⁊ qua de cauſa miſſus eſt a pr̃e: ⁊ de virtutibꝰ operũ eiꝰ vel de miniſterijs que locutꝰ eſt in hoc mũdo ⁊ in qua virtute hoc fecit. Sꝫ ⁊ de nota eiꝰ p̃dicatiõe ⁊ quod ita paruulus

et humilis ⁊ quomodo ita ſe humiliauit
⁊ depoſita maieſtate paruifecit deitatē
ſuā ita vt ⁊ in crucē ſubigeret ⁊ i infernū
deſcēderet ⁊ dirūperet ſepē quā a ſeculis
nemo dirupat ⁊ mortuos ſuſcitaret. Qui
deſcēdit quidem ſolus aſcēdit autem cū
grandi multitudine ad patrē ſuū. Juſſit
ergo abagarus vt mature omnes ciues
cōuenirent ⁊ audirent predicationē ta=
thei. ⁊ poſt hoc iuſſit dari ei aurum ⁊ ar=
gentū: ſed ille nō accepit dicēs. Si noſtra
derelinquimꝰ quomō accipimus aliena.
Necnō inutiliter vt puto a nobis ad ver
bum ex ſiriorū lingua interpretata: hūc
in noſtris libris tenebunt locum.

¶ Explicit liber primus.

# Incipit liber ſcḋs.

Quecunq; opor=
tuit ve
lut in ṗncipiis eccleſiaſti=
ce hiſtorie dſinari: ſiue de
diuinitate ſaluatoris ſiue
de antiquitate nr̄e religio
nis ac vetuſtate doctrine ⁊ vt olim tradi
ta ſit xp̄ianoꝝ que nouella videt̄ inſtitu=
tio: ſed ⁊ de aduētu ipſiꝰ dn̄i ⁊ ſaluatoris
noſtri nuꝑ impleto ac paſſionibꝰ cōſum=
mato de apoſtolorum quoq; electione ſu
periore libello quanta potuimꝰ breuita=
te perſtrinximus. Age iam nūc que etiā
poſt aſcenſionē eius cōſecuta ſunt videa
mus: partim diuinarum ſcripturarū te=
ſtimoniis edocentes partim extrinſecus
ex his que fideliter in commentariis qui
ad memoriam poſteritatis inuenti ſunt
comperimus approbantes.

¶ Cap. primū de vita ⁊ inſtitutione apo
ſtolorum poſt aſcenſionem chriſti.

Primus igitur
in apoſtolatū ꝓ iuda ꝓdito
re mathias ſorte cōciſcitur:
qui erat vnus ex diſcipulis
domini ſicut ſupra demonſtratum eſt.

A ¶ Ordinantur autem ⁊ dyaconi ſe=
ptē numero ꝑ orationes ⁊ manus impo=
ſitionem apoſtoloꝝ miniſterii viduarum
gratia in quibꝰ ſtephanꝰ qui ⁊ ṗmꝰ poſt
dn̄m ſtatim poſt ordinationē ſuā lapida
tur ab his q̄ ⁊ dn̄m occiderūt: ⁊ ꝑ qḋ ⁊ no
minis ſui ſtephano corona donat̄ a xp̄o.
Tūc deinde iacobū q̄ dicebat̄ frater dn̄i
ꝓ eo ꝙ eſſet filiꝰ ioſeph q̄ xp̄i quaſi pater
habebat̄: qm̄ q̄dē deſpōſata ei fuerat vir
go maria: que priuſq̄ cōueniret cū eo in=
uenta eſt in vtero habens de ſpū ſancto
ſicut euāgelia ꝓteſtant̄. Hunc inquā ipſū
iacobū (qui ⁊ iuſtus cognominatꝰ eſt ab
antiquis) virtutum merito ⁊ inſignis vi
te priuilegio primū hyſtorie tradiderūt
ſuſcepiſſe eccleſie q̄ hieroſolymis eſt ſe=
dere: ſicut clemens in ſexto diſpoſitionū
libro aſſerit dicēs. Petrus eīn inquit ⁊ ia
cabus ⁊ iohannes poſt aſſumptionē ſal=
uatoris q̄uis ab ipo fuerint oībꝰ pene ꝑ=
lati: tn̄ non ſibi vēdicant primatus gloriā
ſed iacobū qui dicebat̄ iuſtus apoſtoloꝝ
epiſcopum ſtatuūt. Idem quoq; in ſepti
mo eiuſdē operis libro addit de ipō etiā
Hec Jacobo inquit qui dicebat̄ iuſtus et
iohāni ⁊ petro poſt reſurrectōez dn̄s oēz
ſcientiā tradidit: ⁊ ipſis ceteris apl̄is qui
apoſtoli illis ſeptuaginta diſcipulis tra
diderūt: ex quibꝰ vnus erat ⁊ barnabas.
Duos autē fuiſſe iacobos cōſtat. Unū
hunc iuſtum qui de pinna templi dete=
ctus fullonis vecte percuſſus eſt ⁊ morti
traditus. Alius autem eſt ille q̄ ab hero=
de capite ceſus eſt. Huiꝰ ergo iuſti Jaco
bi etiam paulus meminit cum ſcribit.
Alium autē inquit apoſtolorum vidit ne
minem: niſi iacobum fratrem domini. In
hoc ergo tempore etiam tatheus de quo
ſupra memorauimus ſcd̄m dn̄i ꝑceptum
ad regem abagarum miſſus ipſum qui=
dē egretudine morbi corꝑalis abſoluit.
Uniuerſam vero ciuitatem edeſſenorum
xp̄o domino fidelis fatē crudelitate ſocia
uit: ita vt in hodiernū diē ciuitas illa (q̄p
pe que ipſiꝰ domini ⁊ ſaluatoris meruit
ſcripta ſuſcipere) velut ſpeciali quadam
chriſto deuotione dicata ſit.

B ¶ Interea perſecutio prima aduer
ſus eccleſiā dei q̄ hieroſolymis facta eſt
ſub primo martyre ſtephano oēs diſci=
pulos (exceptis duodecim) ꝑ vniuerſam
iudeā ſamariāq; diſperſit ſeu potius: vt
ſancta ſcr̄ptura indicat diſſeminauit. Ex
quibus nōnulli ad fenicē: ⁊ vſq; ad cyprū



atq; antiochiā deuenerūt qui gentibꝰ q̄=
dem credere miſteriū fidei nondū aude=
bant iudeis tamen predicabāt. Interea
ſaulus adhuc vaſtabat eccleſiam ingre=
diens domos ⁊ pertrahens viros ac mu
lieres tradebat in carcerē. Sed philippꝰ
qui erat vnus de ſeptem cum Stepha=
no dyaconus ordinatus deſcendit ſama
riā ꝟtute dn̄i repletus ⁊ predicabat pri=
mus verbū dei ſamaritane gēti. In quo
tanta erat diuine gratie efficacia: vt etiā
ſymonem magus ſuis predicationibus
conſterneret: qui per idem tp̄is celebris
fame apud ſamaritanorum populos ha
bebatur: ita vt virtus dei magna eſſe pu
taretur. Sed his cum vidiſſet ſigna ⁊ mi
racula que a philippo per diuine gratie
poteſtatem fiebant obſtupefactus ⁊ ter=
ritꝰ ceſſit: ⁊ credere ſe in chriſtū vſq; quo
etiam baptiſmum acciperet ſimulauit.
Quod reuera mirari dignū eſt hodieq;
eodem ordine fieri ab his qui velut here
ditariā ab illo ſimulationē ſecte impuriſ
ſime ſuſceperūt. quiq; auctoris ſui arti=
bus inſtituti eccleſiā fraude qualibet in=
greſſi lauacrū furant̄ ⁊ ſancta noſtra ve
lut alicuiꝰ morbi contagione cōmaculāt
Serpit enim eorum venenatus ſermo ſi
cut lupus in gregibus ⁊ occultis verbo=
rū morſibus incautis letale ꝟtus infun=
dit: donec noxias eoꝝ latebras diligētia
paſtoris inueſtigatas educat ad lucem.
Sicut ⁊ ipſe Symon petri ⁊ īduſtria cō=
prehēſus penā quā merebatur expēdit.

C ¶ Uerū per dies ſingulos augeſcē
te ꝑdicatione verbi diuini per dei ꝓuidē
tiam ex ethiopie regionibus adeſt qui=
dam regine gentis illiꝰ prepoſitus. Mo
ris quippe eſt illi nationi etiā nūc a femi
nis regi: tanq̄ vota in hieroſolymis red
diturus. Huic philippus reſponſis ſan=
cti ſpūs iuſſus. primo ex omnibus genti=
bus myſteriū fidei ⁊ ſacramentū baptiſ=
mi tradit: ⁊ velut quaſdā eam deo primi
tias omniū conſecrat nationū. Hūc opi=
nio tenet ad patriam terrā regreſſum ſci
entiam dei ſummi et ſalutarē dn̄i noſtri
precientiam indigenis gentibꝰ ſicut ſibi
tradita fuerat predicaſſe. In quo rebus
ipſis completa eſt per eū prophetia que
dicit. ethyopia preueniet manꝰ eius deo.

Dum hec ita aguntur Paulus vas ele=
ctionis non ex hominibus neq; per ho=
minem ſed per reuelationem Jeſu chri=
ſti ⁊ dei patris qui eum ſuſcitauit a mor
tuis in apoſtolatū vocatur celeſtē ad ſe
voce delata.

¶ Cap. ii. qualiter tyberiꝰ de chriſto edo
ctus eſt a pylato ⁊ commonitus.

Interea cū per
oēm iam locū de reſurrectio
ne ⁊ mirabilibus dn̄i nr̄i ieſu
xp̄i: ⁊ de aſcēſione eius ad ce
lū felix fama loqueret̄: ac per oīm aures
beati huiꝰ rumoris volueret̄ opinio ⁊ qm̄
antiqui rumoris erat apō romanos vt ꝓ
uinciarū iudices ſi q̄d forte noui in his
quas regebāt ꝓuincia accidiſſet vel ṗnci
pi vel ſenatui nūciarēt: vt ne ex his q̄ ge
rebāt̄ ignorare aliq̄d viderent̄. De reſur
rectiōe a mortuis dn̄i ⁊ ſaluatoris noſtri
ieſu chriſti que iam in omnem locum fue
rat ꝑuulgata. Pilatus tiberio principi re
fert: ſed ⁊ de ceteris mirabilibꝰ eius. Et
vt poſt mortem cum ſurrexiſſet a quam
plurimis iam deus eſſe crederetur. Ti=
berius que cōpererat: retulit ad ſenatū
Senatꝰ aūt ſpreuiſſe dicit̄ ꝓ eo ꝙ nō ſibi
prius huiꝰ rei iudiciū fuerit delatum ſē
auctoritatem ſuam preuenerit vulgi ſen
tentia. Lex eīn erat antiquitus deſigna=
ta ne quis apud romanos deus habere
tur: niſi ſenatus decreto ⁊ ſnīa confirma=
tus. Porro autem pro vero hoc erat qḋ
agebatur. ne diuina virtus humanis pu
taretur aſſertoribus indigere. Cumq; ſe
cundū ea que ſupra diximus tenuiſſet ſe
natus. Tiberius tenuit ſententiam ſuā
ne quid aduerſum doctrinam chriſti con
trarium moliretur. Hec tertulianus vir
⁊ legum ⁊ inſtitutionum romanorum pe
ritiſſimus: ⁊ inter noſtros ſcriptores ad=
modum clarus in apologetico ſuo quem
aduerſum gentes pro noſtra fide ſcribit
hoc modo retulit: vt de origine inquit ali
quid retractemus eiuſmodi legū vetus
erat decretum: ne quis deus ab impera=
tore cōſecraretur: niſi a ſenatu ꝓbatꝰ ſit
marcus emilius de deo ſuo alburno: fa=
cit ⁊ hoc ad cām noſtram ꝙ apud vos hu
mano arbitratu diuinitas penſitatur.

Et niſi homini deus placuerit deus non erit. Hō iam deo propicius eſſe debebit. Tiberius ergo cuiꝰ tpe nomē xp̄ianuz in ſeculū intrauit annūciata ſibi ex ſyria paleſtinaq; que illic veritatem iſtius diuinitatis reuelauerāt retulit ad ſenatū cum prerogatiua ſuffragij ſui ſenatus que nō ante ipſe ꝓbauerat reſpuit. Ceſar in ſnia manſit comminatus periculū accuſatoribus xp̄inoꝝ. hec tertulianus.

¶ Cap. iij. quō in omnē mundū breui tpe diffuſa. de xp̄o predicatio eſt. A

QUod profecto diuina ꝓuidētia ita tunc ceſaris ſenſibꝰ ingeſſit ⁊ abſq; vllo obſtaculo in ipſis dumtaxat initijs euangelij ſermo vſquaq; percurreret. Unde et factum eſt vt repente quaſi celitus lumen oſtenſum aut radius quidem ſolis erumpens totum orbem claritate ſuperni luminis illuſtraret vt compleretur illa prophetia que dixerat: in omnez terram exiuit ſonus eorum euangeliſtarum dumtaxat ⁊ aplōꝝum et in fines orbis terre verba eorum. Ex quo per oēs ciuitates ac vicos immēſe multitudine velut meſſium tēpore frumēta ad areas ita ad eccleſias populi congregabantur. Quicūq; illi a parētibꝰ tradite ſibi morbide ſuperſtitionis vinculis tenebantur ꝑ doctrinā xp̄i ſimul ⁊ ꝑ virtutuz miracula q̄ fieri videbāt recepta veri dei noticia tanq̄ a tyrānicis dn̄is liberati ad vnū verum deū ⁊ dn̄m creatoreq; ſuū vetuſti penitētes erroris. fideli cū confeſſione veniebant.

B ¶ Cum igitur paſſim iam per oēs etiā gentiliū populos profuſius effunderet̄ diuina dignatio: primꝰ corneliꝰ apud ceſareā paleſtine vrbē maximā cū oī domo ſua ad fidē xp̄i petro miniſtrāte ꝑducit̄. Jam inde quā plurimi ⁊ alij ex gentibus apud anthiochiā ad fidē veniunt: eorū p̄dicatione pertracti: quos ꝑ ſeditiōe aduerſus ſtephanum cōmota: diſſeminatos eſſe ꝑ omnem locū ſuperius edocuimus. Per quos ⁊ apud antiochiam florētiſſima cōgregat̄ eccleſia in qua erāt etiā ꝓphetici ordinis viri q̄plurimi: cū quibꝰ ⁊ barnabas ⁊ paulus. Quibꝰ oībus pariter in grā dei ⁊ vnanimitate de gētibus: ibi p̄mum diſcipuli velut et perenni fonte ſumpto vocabulo: appellati ſunt xp̄iani. Quia tēpeſtate agabus q̄dē vnꝰ ex ijs qui aderant ꝓphetis famā magnā futuram diuinis p̄ſagiebat oraculis. Paulus vero ⁊ barnabas cum miniſterio a fratribus collato qd̄ ſanctoꝝ vſibus deſeruiret: hieroſolimam deſignantur.

¶ Cap. iiij. quēadmodū poſt tyberiū gayus ceſar regē iudeoꝝ conſtituit agrippam.

INter ea tiberius duobꝰ ⁊ viginti circiter annis ſui p̄ncipatꝰ exactis viuendi finem fecit. Poſt quē gayus iperiū ſuſcepit: ⁊ cōtinuo iudeoꝝ p̄ncipatū tradidit agrippe: ſimul ⁊ Philippo ac liſanie tetrarchias. cū q̄bus ⁊ paulo poſt herodē eidē pariter ꝯtulit. Jp̄m v̄o herodē q̄ ⁊ in nece iohānis auctor extiterat: ⁊ i paſſiōe dn̄i iterfuerat multis excruciatū modis eterno dānat exilio. ſicut ioſephus in ijs que ſupra inſeruimus ſcribit.

¶ Cap. v. qualiter filio pro iudeis ſuſcepit legationem ad gayum.

HUius tēporibus Filo inſigniſſimꝰ ſcriptoꝝ florebat qui nō ſoluz in noſtra: veꝝ ⁊ in grecoꝝ phia primus inter primos habebatur.

A ¶ Hic aūt gn̄ere quidē a ꝑauis hebreus. Apud alexādriā vero i oībꝰ claris ⁊ nobilibꝰ viris clarior ac nobilior erat. In diuinis autē legibꝰ ⁊ p̄rijs inſtitutis quantꝰ qualiſue fuerit: ex ijs que nobis librorꝝ ſuoꝝ tradidit monimētis omnibꝰ clarū eſt. Quis enim digne valeat explicare: quanta eius in liberalibus lr̄is fuerit inſtitutio. Quanta in philoſophicis. Quantuſq; maxime in platonicis et pitagoricis fuerit diſciplinis: vtq; omnes ⁊ qui ſecum floruerant pene ⁊ qui preceſſerant ſuperarit.

B ¶ Hic igitur ipe: temporibus gaij quāta iudeis acciderint mala quinq; voluminibꝰ exponit. Sȝ ⁊ de eiuſdē gaij mētis inſania cōmemorat: ꝙ intantū ſuperbie elatus ſit: vt deum ſe voluerit appellari. In ipſis aūt vbi de iudeoꝝ cladibus refert ſuā quoq; legationē: quā pro cōtribulationibꝰ ſuis iudeis detulit ad vrbez romā deſcribit. ⁊ ꝙ perorās apud gayuz ꝓ patrijs legibꝰ: nihil ampliꝰ quam irriſionē retulerit domum: imo ⁊ pene periculū mortis incurrerit.

C ¶ Sed ⁊ ioſephus meminit horum in octauodecimo antiquitatū libro talia quedā ſcribēs. Et quidē cū ſeditio apud alexandriā fuiſſet exorta inter iudeos et grecos terni ab vtriſq; ꝑtibꝰ legati mittant̄ ad gayū. In quibꝰ pro parte grecorū: erat quidā legatꝰ appion noīe. Qui cū in ceteris q̄ plurimis iſimularet iudeos tū maxime ꝙ honorē ceſari nō deferrēt: vt moris eſt facere omnibus qui romanis faſcibus ſubiacent. Hi ergo aiebant neq; aras gayo: neq; tēpla cōſtituūt: neq; alia huiuſcemodi in quibꝰ ei diuini honores a ꝓuincialibus deferuntur. Sed ſoli ſunt qui neq; ſtatuas ei decernant: neq; ſacramentū nomine eius obſeruēt. Cūq; hec ⁊ alia grauiora allegaret appion: per que concitari crederet gayū. Filo q̄ legationi p̄erat iudeoꝝ: vir in omnibꝰ magnificus: alexādri alabarche frater: philoſophie non ignarus: potētiſſime purgauit obiecta. Sȝ abiecit eū gayus. ⁊ iubet ilico e cōſpectu ſuo abſcedere: dum iracundia repletus ſecū ipſe rimat̄ q̄d in eos cōferat mali. Egreſſus autem Filo cū iniuria: ait ad iudeos qui ſibi aſtabant. Bono animo nos eſſe oportet quibus iratꝰ eſt gayꝰ. quia neceſſe eſt adeſſe diuinum: vbi humanū ceſſat auxiliuȝ. Hec quid ioſephus. Sȝ ⁊ idem Filo in ipſo libro quē de ſua legatione cōſcripſit. ſigillatim de omnibꝰ que a ſemetgeſta ſunt refert. Ex quibus illa ſola cōmorabo: que legentibꝰ euidenter in iudeos diuinā ꝓ piaculis q̄ aduerſū xp̄m auſi ſunt indicēt vltionem.

¶ Cap. vj. quāta acciderit iudeis mala poſt irrogatam chriſto mortem.

PRimo quidez tēporibꝰ tyberij refert i vrbe roma Seiaȝ quēdam magni apud imperatorem loci: vniuerſam eoruȝ gentem: ſummo niſu interimere voluiſſe. In iudea aūt pilatuȝ ſub quo in ſaluatorē facinꝰ admiſſum eſt dū templum quod in hieroſolymis tunc adhuc manebat integrū ꝓphanare tētaret maximis eos perturbationibus agitauiſſe. Sed ⁊ poſt tyberij occaſum refert ſucceſſorem eius cum ceteris quā plurimis tum etiā iudeorum genti acerbiſſimū extitiſſe: qd̄ preſto eſt etiā ex ipſius ſcriptoris ſermonibus diſcere. Multa quidem erat inquit in gayo ingenij prauitas: que erga omnes homines. tū precipue erga iudeorū gentez ferebatur: ⁊ ſpeciali quadam ſeuitia loca eorum q̄ in diuinis habēt ſupplicatiōibus cōſecrata incipiens ab alexādria diripi ⁊ cōtra religionē moreq; gentis ꝓphanari iubet ſtatuis ſuis ⁊ ſignis atq; imaginibus ea replens. Tēplū quoq; ſancte ciuitatis: quod ſolū manebat totius ꝓphane ꝯtagionis intactū ⁊ a maioribus perdurauerat aſilum cōmutare in templū ꝓprij nominis auſus ē: vt edes iouis nobiliſſimi noui dei gaij vocaretur. Sed ⁊ alias innumeras clades. et vltra oēs tragicos luctus apud alexandriā iudeis irrogatas eē ſub gayo in ſc̄do operis ſui de virtutibus libro vir memoratus exequitur.

B ¶ Hec non ⁊ ioſephus cōſona huic de pilati temporibus ſcribens: ꝓ piaculis ſaluatoris q̄ vniuerſi genti acciderint mala: audi vt etiā ipſe in ſecundo iudaici belli defleat libro. Is autem ait qui miſſus eſt in iudeam a Tyberio procurator Pylatus: noctu velatas hieroſolymam introferri imagines ceſaris iubet ac ſtatui. Quod vbi dies exortus eſt magnam perturbationem iudeorum populis excitauit ſtupentibus et perturbatis ad nouam faciem rerum. Conijciebant nāq; ex hoc ꝙ ſpernerent̄ ⁊ conculcarent̄ iam leges ſue ⁊ omnia inſtituta maiorum quibus nihil tale haberi intra menia vrbis illius fas erat. Sed hoc eſt nimiꝝ in quo eos impie cōfeſſionis ſue velox vindicta dānauit ꝓ eo qd̄ ſm̄ euangelij relationez ſimul gens cōclamauit vniuerſa: non habemus regem niſi ceſarem.

C ¶ Tunc deinde idē ſcriptor aliā q̄ȝ in eos delatā cōmemorat vltionē dicēs. Poſt hoc autez etiā aliam eo accidit per=

turbatio: pro eo quod ſacrum erarium (qđ apud eos patria lingua chorbonas appellatur) contra fas in vſus cōes publici aqueductꝰ ꝓrogari videret: q̄ a trecētis ſtadijs deducebat̄. Pro q̄ nimia indignatiōe ppl's cōmouebatur. Cūq̧ adeſſet pilatꝰ hieroſolymis: audēt adire eū ⁊ clamoribus fatigare. At ille q̄ preuiderat ſeditionem futuram milites habitu plebeio obtectis armis multitudini īmiſcuit: precepto eis dato vti ne gladijs i ſediciosos ſed fuſtibꝰ vterent̄. Igit̄ vbi tp̄s fuit: ſigno de tribunalibus dato: cedi poſterniq̧ ceperūt. Nonnulli verberantiū vulneribus plurimi autem dum in fugā conferti proruunt propria conſtipatione perculſi perire. Reliqui ꝟo diſperſi ⁊ ſuorum funeribus deterriti vim laboris ſilētio repreſſere. Multas preterea clades in hieroſolymis eis obueniſſe dum nouis ſemp rebus ſeditioſius ſtudent idē ſcriptor exponit: oſtendens quod ex admiſſi ſacrilegij tempore: nunq̄ bella morteſq̧ ceſſarunt: vſquequo vltimum et exiciabile malum tēporibus veſpaſiani eos obſidioſe incluſit.

¶ Capitulū. vij. vt pylatus ſibi mortem conſciuit.

IBitur iudeos ꝑ commiſſo ſcelere vltio diuina dā nabat. Sed ⁊ ipſe pylatus q̄ in ſaluatorē iniqui iudicis functꝰ officio eſt: iſdem tēporibus Gay: tantis ac talibus malorum cladibꝰ cruciatꝰ eſt: vt ꝓpria ſe manu trāſuerberans: nephariam vitā vi abieciſſe referat̄. Nec enim poterat tanti piaculi miniſter īpunitꝰ euadere ſicut in hyſtorijs grecoꝝ reperimꝰ eorum dūtaxat qui olimpiadas ſcribunt ⁊ annales rerū geſtarum libros ad poſteritatis memoriam condunt.

¶ Capitulum. viij. de fame temporibus claudij.

ET enim gayo quattuor annis nec integris principatu miniſtrato claudius imperator ſuccedit, ſub quo fames ſatis dira vniuerſum orbem obtinuit. Hoc tamen ita futurum longe ante noſtri prophetie predixerant. ſicut in actibus apoſtolorum refertur agabū quendam prophetam famē magnam futuram ſuper imperatore claudio denunciaſſe. Uerum lucas qui de agabo refert coniungit etiam hoc: qđ per paulū ⁊ barnabam: fratres qui erant antiochie ꝓ viribus vnuſquiſq̧ ſumptum miſerint ſanctis habitātibus hieroſolymam: et poſt hoc addit dicens.

¶ Cap̄. ix. de martyrio Iacobi apl'i.

IN illo autē tp̄e ſine dubio tēpꝰ qđ ſub claudio fuit cū fames erat deſignās. miſit inquit herodes rex manꝰ vt affligeret aliquos de eccleſia: ⁊ interfecit iacobum fratrem iohānis gladio. de hoc aūt iacobo clemens alexandrinꝰ etiā quandam hyſtoriam dignā memoria in ſeptimo diſputationum ſuaꝝ libro ſcribit: perlatam ad ſe vſq̧ ex traditione maiorum. Quoniāquidē inquit et his q̄ obtulerat eum iudici ad martyrium iacobum ſcꝫ motꝰ etiā ipſe cōfeſſus eſt ſe eſſe chriſtianum. ducti ſunt inquit ambo pariter ad ſupplicium: ⁊ cum ducerentur in via rogauit iacobum dari ſibi remiſſionem. at ille parūper deliberans: pax tibi inquit: et oſculatus eſt eum: et ita ambo ſimul capite plexi ſunt.

¶ Capitulū. x. vt agrippa ⁊ herodes apoſtolos perſecuti diuinā continuo ſenſerunt vindictam. A

SEd tunc inquit vt ait ſcriptura diuina videns herodes q2 de iacobi nece gratum eſſet iudeis addidit adhuc et petrum coniecit in carcerem: ſine dubio ipſum etiā punire volēs: niſi diuinū affuiſſet auxilium. q̄ angelus noctu ei aſſiſtens mirabiliter eū vinculoꝝ nexibꝰ abſoluit: ⁊ ad miniſteriū ꝑdicatiōis ire liberū iuſſit. ⁊ cū petro quidē hec geſta ſunt. Regis vero facinus in apl'os ꝑpetratum: dilationē nō patitur



vltionis: ſed cōtinuo vindex adex diuini tus dextera. ſicut hiſtoria in apl'orū actibus conſcripta nos edocet. Cū inquit ceſareā deſcendiſſet herodes: ⁊ in die ſolēni preclara veſte regia iudutus ꝓ tribunali conceſſiſſet ac de ſublimi cōcionaretur ad populū. cūq̧ populus acclamaret ei dei voces et non hominis: ſtatim inquit percuſſit eum angelus domini: eo ꝙ nō dederit gloriā deo. Et ſcatens vermibus expirauit.

B ¶ Miraculo aūt dignum eſt tantā cōſonantiā ſcripturarū diuinarum cū hiſtoriographo gentis illius deprehendi: ipſe etenim ipſephus de eiſdē cōmemorās in nonodecimo libro antiq̄tatū ijs q̄bus infraſcriptum eſt. hec ſermonibꝰ refert. Tertiū inquit annū imperij totiꝰ iudee expleuerat: cū forte ceſareā q̄ prius pyrgoſtratonis vocabatur aduenit. Ubi cū in honorē ceſaris ſpectacula ciuibus ederet votiuo vt videbatur ſalutis ceſaris die. Cumq̧ illuc totius prouincie viri honore et facultatibus ꝑdicti cōueniſſent: ſedo ſpectaculoꝝ die indutus veſte fulgenti: ex auro argētoq̧ mirabiliter cōtexta incipiente die procedit ad theatrū vbi cum primos ſolis radios argentee veſtis gremio ſuſcepiſſet: repercuſſo ſplēdore: duplicatā ſpectantibus lucem fulgor metalli vibrantis effudit: vt intuentibus ꝑſtringeret aciem terroris aſpectus Et per hoc plus aliquid de eo q̄ꝫ humane nature eſt cū artifex arrogātia mētiretur. Ilico adulātis vulgi concrepant voces: honorem ſonantes: ſed exitiū ferentes. Et hinc atq̧ illinc ab eis cōclamantibus deus cōpellatur: vtq̧ fieret propitiꝰ ſuppliciter exorat̄: dicentibꝰ populis nūc vſq̧ vt hominē te timuimus: ſed ex hoc iam ſupra humanam te eſſe naturam fatemur. Sꝫ rex acclamationē ꝯtra fas habitam nō repreſſit: nec impietatē illicite adulationis exhorruit: donec reſpiciens paulopoſt iminētē atq̧ inſiſtentē capiti ſuo videret angelū: eumq̧ ſenſit ꝯtinuo exitij ſui miniſtrū: quē prius nouerat ꝓ ui ſorē bonoꝝ. Et ecce repente cruciatꝰ eū ex dolore incredibili vētris atq̧ inflatiōe corripuit. Reſpicienſq̧ ad amicos: en inquit ille ego deꝰ veſter: ecce ꝓpellor ⁊ cōfeſtim deturbor ex vita. Quoniāquidem diuina virtus nuper collatas ī me falſas arguit voces: ⁊ qui modo inmortalis dicebar a vobis ꝑceps iā iamq̧ rapior ī mortem. Sed ſuſcipiēda eſt ſnīa quam deus ſtatuit. Nā ⁊ viximus haud cōtēnendi: ⁊ longeuitatem que beata putatur expleuimꝰ. Et cū hoc dixiſſet vi doloris, vehementius agitatus inſtāter ad palatium reportatur. ¶ Cūq̧ diuulgatū eſſet eum ꝓpe diem moriturū: ingēs multitudo totius etatis ⁊ ſexus conueniens more patrio ſupra cilicia ſtrati: omnipotenti deo ꝓ regis incolumitate ſupplicabāt. Omnis aūt domus regia planctibꝰ ⁊ gemitibus perſonabat. Cū interim rex ipſe in excelſo ſolario recubās ⁊ deorſum reſpiciens: ac pronos proſtratoſq̧ oēs cum flentibus peruidens: nec ipſe quidē temperabat a lachrymis. Uerū cōtinuis quinq̧ diebus ventris doloribus cruciatus vitam violenter abrupit: quinquageſimū etatis ⁊ quartū agens annū: Regni vero ſeptimū. Quattuor ⁊ enim ſub gayo ceſare ānis regnauerat. Philippi tetrarchiā tribus annis obtinens: quarto aūt etiā herodis ſibi adiungens tribus reliquis annis ſub claudio ceſare exactis. ¶ Cum in ceteris quamplurimis ioſephum: tū in his tam integre diuine ſcripture concordare valde miratus ſum. ꝙ vero videtur in ſolo regis vocabulo variare. cū ⁊ tp̄s actus ⁊ res eundē oſtēdat fuiſſe. poſſibile eſt ſicut in alijs q̄ꝫ plurimis iudeoꝝ noībus inuenimꝰ: etiā hunc duplici vocabulo nūcupatū. Quoꝝ altero lucas nr̄ altero vſus ſit ioſephus. Ueꝝ qm̄ rurſū lucas in actibꝰ: apl'oꝝ introducit gamalielū cū de apl'is in iudeoꝝ ꝯſenſu deliberatio fieret hoc ipſo tp̄e dicentē: q2 ſurrexit theodas q̄dā dicēs ſe eſſe magnū quēdā. q̄ deſtructꝰ eſt. ⁊ oēs q̄ ſequebant̄ eū diſſoluti ſunt. Age etiam de hoc qđ ioſephus ī hoc eodē libro ſcripſerit ꝓferamꝰ.

¶ Cap̄. xj. de theoda qui deprauauerat populum.

FAdo inquit in deā ꝓcurāte deceptor quidā magus theodas nomine perſuadet populi multitudinē

ſublatis ꝓprijs facultatibus vrbe excedere et ripas iordanis fluminis obſidere. Dicebat autem ſe etiam ꝓphetam eſſe: ⁊ poſſe verbi ſui precepto fluuij fluenta dirimere et facileꝫ ſectatoribus ſui fluminis tranſitum dare. Que cum diceret: multos decepit. Fadus vero non in longum vecordie eius indulcit. ſed emittit equituꝫ turmā. que ex improuiſo irruēs ſuper eos: quam plurimos quidem peremit: multos tamen ⁊ viuos cepit. Ipſius autem theode caput defectum hieroſolymam reportauit.

Cap. xij. de elena regina adyabenorum.

Poſt hoc idē ſcriptor etiam de fame que ſub claudio facta eſt hoc mō memorat. Poſt ideꝫ tempus inquit fames magna obſederat etiam iudeam. Qua tempeſtate regina nomine helena multis pecunijs cōparatū frumētum de egypto ⁊ hieroſolymā delatū indigentibus miniſtrabāt. Quid tā cōſonans tāꝙ̄ cōcordās ꝙ̄ hec ſunt cū illis q̄ in actibꝰ aploꝝ ſcribunt̄ vbi dr̄ q̄ diſcipli q̄ erant anthiochie: prout potuit vnuſqſꝙ miſerūt in miniſteriū ſctis habitantibꝰ in iudea deferēdū p manus barnabe ⁊ pauli: ac p p̄ſbyteros diſpēſandū. Helene vero cuiꝰ hiſtoriographus intulit mētionē: ēt nūc extat ſepulchrū nobile p portis hieroſolymoruꝫ. Regnaſſe aūt apud adabenorū gentem refertur.

Cap. xiij. de ſymone mago. A.

Interea cum fideles dñi ⁊ ſaluatoris noſtri ieſu xp̄i per omnium creſceret mentes: ⁊ per dies ſingulos religionis ꝓpagarentur argumenta nequaꝙ̄ quieſcit hoſtis ſalutꝫ humane: ſed vrbē maximā q̄ eſt caput oīm ꝑuenit: ⁊ ſymonē illuc de quo in ſuperioribꝰ diximus euocati cuiꝰ nefarijs artibus amminicula ipē maiora ſuppeditās plurimos vrbis illiꝰ ciues in erroris eiꝰ vincla ꝯiecit. Deſignat hec vir in ſcriptoribꝰ nobilis non multo poſt apoſtoloꝝ tēpus exortus: iuſtinꝰ: de quo ſuis in locis quod cōpetit aſſignabimus. Hic igit̄ in apologetico quē p fide noſtra ad imperatoreꝫ antonium ſcripſit: de his hoc mō refert. Et poſt aſcentionē inquit dñi ad celū inueſtigabant demones quoſdā hoīm. qui dicerēt ſe eſſe deos quos nos fugauimꝰ. Symon deniꝙ quidā ſamaritanus de vico q̄ dr̄ gyttho: ſub claudio ceſare magicis artibꝰ ⁊ ope demonum ſubleuatꝰ in vrbe vr̄a q̄ regnuꝫ oīm tenet: ꝙ̄ plurimis p fantaſias deceptis: deꝰ decretꝰ eſt: ⁊ ſimulachri apud vos quaſi deꝰ honore donatus eſt in flumie tyberis inter duos pontes collocati. Habetꝫ ēt titulū latinis litteris ſcriptū. Symoni deo ſancto: quē et oēs pene ſamarite: nōnulli etiam ex ceteris gentibus tanꝙ̄ ſummū deū ⁊ adorāt ⁊ ꝯfitent̄. Sed ⁊ ſolēnē quandā erroris eiꝰ ac deceptionis comitē: q̄ priꝰ in proſtibulo ſteterat apud tyrum vrbem fenicis: cū ipſo velut primam quandam mentē conſecrauerunt. Hec quidem iuſtinus.

B Cōſona vera huic etiā hireneꝰ ſcribit in primo aduerſus hereſes libro. In quo vel quis ipſe fuerit ſymō vel quam impura eius opa atꝙ doctrinā pleniꝰ refert. Que multū eſt vt his inſeramꝰ: cū liceat volētibus ea ſcire per ſingula: ex ipſis ſupradicti hirenei libris vl' de hoc vl' ceteris auctoribus diuerſaꝝ hereſeum: ⁊ de venenatis eoꝝ dogmatibus diligentius noſcere. Caput igit̄ totius prauitatis ⁊ p̄ncipium oīs hereſis a ſymone cepiſſe accepimus. Ex quo vſꝙ in hodiernū ſectatores eiꝰ ſimulantes adire ſe puriſſimā chriſtianorum philoſophiā: quā videt̄ apud oēs p caſtitate vite ⁊ inſtituti ſctitate mirabilē: ſupſtitiōis idoloꝝ ꝙ̄ deſerere vident̄: rurſuꝫ viculis inectunt̄: colētes ac venerantes picturā ⁊ imaginē ſymonis: ⁊ illius quē ⁊ ſceleris ac turpitudinis extitiſſe ſociā diximꝰ ſolēnē. His incēſos odores offerunt his ſacrificia et libamia ipura delibāt. Sꝫ eoꝝ adhuc nequiora ⁊ execrabiliora cōmittūt. Aiūt enim eſſe q̄dā apd̄ ſe ineffabilia q̄ cū primo qs audierit mēte excedat ⁊ eoꝝ q̄ſi virtute pcurſꝰ velut attonitꝰ maneat ⁊ vſꝙ ad demētiā veniat. Que cū ita ſint: aiūt impoſſibile eſſe. vl' ſcripture ea tradi. vel ore ac labijs proferri: hec qui audit p veneratione ita ſe habere rem credit.



C Porro autē vere illa huiuſcemodi ſunt q̄ p impuritate ⁊ obſcenitate ſui caſtis ⁊ pudicis auribus execrabilia ⁊ penitus horeſcenda ducant̄. Quidq̄d eīn illo̊ eſt turpe ⁊ in puꝝ q̊d excogitari a q̄quaꝫ pōt ſōni hoc ipuriꝰ eſſe illo̊ tradit̄ q̊d inquinatiſſime huiꝰ hereſis myſteriū tectū apd̄ ſe ſeruari pollicentur archanū. In felicibꝰ p hec mulierculis ⁊ pctis (vt ait apl's) oneratis deteſtabilr̄ illudētes. Hunc igitur taliū maloꝝ patrem ⁊ auctorem per idem tempus ſymonem ex apparitoruꝫ ſuorū numero diabolus ſuſcitans ad vrbem maximā ire compulit romaꝫ vt vbi potentiſſimis athletis dñi ac ſaluatoris noſtri ieſu xp̄i apoſtolis in hoc ipꝫ ab eo ſubrogatis obſiſteret. Sed diuina virtꝰ et gratia in maximo precipue certamine nunꝙ̄ deſerit ſuos. Que incēſaꝫ maligni flāmā tota celeritate reſtinguit ⁊ oēm altitudinē deſtruit extollentē ſe aduerſum ſciaꝫ dei. Propter q̊d neꝙ ſymō neꝙ aliꝰ quis ꝯgreſſus tunc aduerſus apoſtolos dñi potuit obtinere q̄r veritatis lux ⁊ v̄bi diuini claritas que ob ſalutem hoīm nup obfulſerat p apoſtolos ſuos totius mēdacij diſcuſſa caligine de humāis mētibus ignorātie tenebras effugabat. Deniꝙ ſupradictꝰ magus veri luminis fulgore percuſſus cecitatem continuo male ſane mentis incurrit. Quippe qui iā priꝰ in iudea per apoſtolum petrum de his qui gerebat ſceleribus confutatus tranſmarinam aggreſſus eſt fugam. et ab oriēte ad occidentem vſꝙ pertendit nuſꝙ̄ ſibi vitā niſi in fuge ſubſidio ſperans. His igitur vrbem romam ingreſſus vtens adminiculo aſſiſtētis ſibi et adherentis demoniace virtutis quam paredrum vocant breui tempore intantum malorum venit precipiciuꝫ vt et iam ſimulachris a ciuibus romanis tanꝙ̄ deus honore potiretur.

Capitulum. xiiij. de predicatione apoſtoli petri apud vrbem Romam.

Sed non in longū ꝑmanet fraude q̄ſita diuinitas ꝯtinuo nāꝙ in ipſis et claudij tēporibus clementia diuine ꝓuidentie probatiſſimum omniū apoſtolorum ⁊ maximum fidei magnificentia et virtutis merito primorum principem petrum ad vrbē romam velut aduerſum humani generis communē pernicem repugnaturuꝫ deducit ducē quēdam et magiſtrum milicie ſue ſcientem diuina prelia gerere. et virtutum caſtra ductare. Iſte adueniens ex orientis partibus: vt celeſtis quidaꝫ negociator marcimonia diuini luminis ſi quis velit comparare paratus aduenit. et ſalutaris predicationis verbo primus in vrbe roma. euangelij ſui clauibus ianuam regni celeſtis aperuit.

Cap. xv. de euangelio ſm̄ marcum.

Ibit cū romane vrbi clarū v̄bi dei lumen fuiſſet exortum: ſymonis q̄dem tenebre cum ſuo auctore reſticte ſunt. Sermo aūt v̄itatis ⁊ lucis q̄ p petrū p̄dicabat̄ vniuerſoꝝ mētes placido illuſtrauit auditu: ita vt q̄tidie audientibꝰ eū nulla vnꝙ̄ ſacietas fieret vn̄ neꝙ auditio eis ſola ſuffecit ſed marcuꝫ diſcipulū eius oībus precibus exorāt. vti ea que verbo predicabat ad perpetuam eoꝝ cōmotionē habendam ſcripture traderet: quo domi foriſꝙ in huiuſcemodi verbi meditationibꝰ ꝑmanerēt. Nec priꝰ ab obſecrando deſiſtūt ꝙ̄ quod orauerāt impetrarent. Et hec fuit cauſa ſcribendi quod ſm̄ marcū dicitur euangelij. Petrꝰ vero vt p ſpm̄ ſanctū religioſe ſe ſpoliatum ꝯperit furto delectatus eſt. fidē eoꝝ p hec deuotionē cōſiderans: factumꝙ cōfirmauit ⁊ in perpetuum legendā ſcripturam eccleſijs tradidit. Clemens diſputationum libro. Hec ita geſta eſſe deſcribit cuiꝙ ſimile dat teſtimoniū hierapolites epiſcopꝰ nomine papias q̄ ⁊ hoc dicit ꝙ petrus in p̄ria epiſtola ſua quā d̊ vrbe roma ſcribit meminerit marci. In qua tropice romam babiloniā nominauerit cuꝫ dicit ſalutat vos ea que in babylone electa eſt eccleſia ⁊ marcus filius meus.

Cap. xvj. vt prius marcus per egyptū chriſti noticiam predicauit.

Tunc aūt marcū tradunt primum ad egyptuꝫ perrexiſſe atꝙ

inibi euangelium: quod ipſe conſcripſe-
rat predicaſſe: et ipſum primum eccle-
ſiam apud alexandriam ↄſtituiſſe. Tan-
ta autem refertur multitudo credentiū vi
rorum ac mulierū primo ingreſſu exēplo
ſobrietatis ei⁹ ⁊ continentie congregata:
vt etiā conuerſatio eorum qui per ipſum
crediderāt ⁊ vita totius abſtinētie ac fru
gi eorum ſobriaqꝫ conuiuia librorum me
morie mendarentur a viro diſertiſſimo fi
lone. quem ſermo tenet temporibus clau
dij imperatoris romam veniſſe ⁊ petruꝫ
apoſtolū vidiſſe atqꝫ eius adheſiſſe col-
loquijs verbum dei predicantis. Qđ va-
le eſt veriſimile q̄ ⁊ ſcripturam iſtā quā
diximus poſterioribus ab eo temporib⁹
conſtat compoſitā eſſe. In qua euidētiſſi
me omnia eccleſie inſtituta complectitur
q̄ ⁊ tunc tradita ſunt et in hodiernum ſer
uantur a nobis. Sed et abſtinentium vi
tas eorum duntaxat qui nunc in eccle-
ſijs ⁊ monaſterijs degunt deſcribit ad li
quidum. Unde plane manifeſtiſſime ꝓ-
ditur non ſolum ſciens que noſtra ſunt ſꝫ
⁊ amplectens. Quippe qui diuinis lau-
dibus extulit ſui temporis apoſtolicos
viros ex hebreorum quantum intelligi
datur precipue genere credentes. qm̄ q̄-
dem conſtat q̄ hi qui ſub apoſtolis ex iſ-
raelitis credebant. Judaicis adhuc inſti
tutiōib⁹ ⁊ legis obſeruatiōib⁹ inherebāt.

¶ Cap. xvij. q̄lia de abſtinētibus apud
egyptum filo ſcribit.

HIcigit̃ deſcri-
bēs hec in libello quem de vi
ta theorica vel ſupplicū arti
culauit nihil oīno vel de pro
prio vel extrinſecus adidit. ſed prio oīm
viros ipſos cultores ⁊ feminas cum ipis
ait cultrices appellari.

A Cauſaꝫ ṽo huius vocabuli vel ex eo
ductā q̄ ↄuenientiū ad ſe aīas tāq̄ rudes
⁊ aggreſtes excolerēt vel q̄ erga dei cul-
tum pura et integra conſcientia perdu-
rarent quod nomen ſiue ipſe ipoſuit pri-
mis illis ex iporum actibus colligens ſi
ue vero ne incus ita appellabantur qui
ſecundū euāgeliū viuebāt anteq̄ chriſtia
norum appellatio per omnem locum dif
funderetur intereſt dūmodo ex ipſis re-
bus nomen ad quos pertineat comprobe
tur. Dixit ergo primo oīm q̄ renuncient
cunctis facultatibus ſuis q̄ ſe ad huiuſce
modi phiam dederint ⁊ bonis ſuis q̄bus
intereſt credant. Cum deinde q̄ oēs vite
ſollicitudines ꝓcul abijciant. et extra vr
bem egreſſi in ortulis vel exiguis quibuſ
qꝫ agellulis degāt: refugientes imparis
propoſiti conſortia ⁊ vite diſſimilis ↄtu-
bernia. Sciētes īpedimēto eē hec arduū
volētib⁹ iter ṽtutis incedere. Tali q̄ppe
ordīe calore fidei incitati hi q̄ primit⁹ cre
debāt vitā duxiſſe memorant̃ ſicut euidē
ter in actib⁹ apl̃oꝝ legim⁹ ſcriptū q̄ oēs
q̄ credebāt ſub apoſtolis poſſeſſiōes ſuas
⁊ ꝑdia vendētes ꝑcia ponebāt ante pe-
des apoſtoloꝝ ⁊ diuidebāt̃ vnicuiqꝫ put
opus erat ita vt non eſſet quiſq̄ in eis
egens. ¶ Quia ergo ⁊ hic ſimilia ſcribit
geri ab his qui apud alexandriam crede
bant ſicut illi qui in hieroſolymis ante
crediderāt certum eſtq̄ idem actus ea-
demqꝫ inſtitutio, eandem ſine dubio ⁊ re
ligionis fidem deſignet. Deniqꝫ libro ip
ſi de quo ſupradiximus tale initium de-
dit. In multis eſt inquit orbis terre par-
tibus hoc genus hominum. Oportebat
nāqꝫ hui⁹ ꝑfecti boni participeꝫ fieri oēꝫ
gratiam oēmqꝫ barbariē. In egypto tñ
maior eſt copia ꝑ ſingula que q̄ territo-
ria precipue autē circa alexandriam. Nā
optimus quiſq̄ ex omnibus locis velut
adviberis patrie glebam feſtinus occur-
rit colonus. Regio quedam eſt philoſo-
phie magiſq̄ frugib⁹ oportuna ſupra lo
cum cui Marie nomen eſt ſita. colliculis
quibuſdam molliter et clementer erecta
ad munimentum ſimulatqꝫ aeris tempe
riem commoda.

B ¶ ¶ Poſt hoc deſcriptis eorum habi
taculis vt ſe habeat ſingulorum quali-
tas ⁊ ſitus etiam de eccleſijs que apud
eos ſunt ita dicit. Eſt aūt inquit in ſingu
lis locis conſecrata orationis dom⁹ que
appellatur ſemmon vel monaſteriū. Sē-
mon autem in noſtra lingua. ſignificare
poteſt honeſtorum conuenticulum. In
qđ ſe ſedentes inquit honeſta ⁊ caſta vi-
te miſteria celebrant nihil illuc ꝑſus qđ
ad cibum potumqꝫ pertinet inferētes vel
ad reliqua humani corporis myſteria;



ſed tantum legis libros ⁊ volumina pro
phetarum hymnos quoqꝫ in deum ce-
teraqꝫ his ſimilia. In quorum diſciplinis
atqꝫ exercicijs inſtituti ad perfectam bea
tamqꝫ vitam ſtudijs iugibus coaleſcant.
¶ Et poſt aliquāta iteꝝ dicit Ab ortu au
tem diei vſqꝫ ad veſperā omne eis ſpaciū
in ſtudiorum exercicijs ducitur quibus
ad diuinam philoſophiaꝫ ꝑ ſacras litte-
ras imbuunt̃ patrum leges in alegoricā
intelligentiam deducentes. Quoniā qui
dem formas eſſe ⁊ imagines ea que in le
gis litera ſcripta ſunt opināt̃ur latentis
intrinſecus profundi cuiuſdam diuiniqꝫ
miſterij. habent autem etiā diſputatio-
nes quaſdam ⁊ interpretationes veterū
virorum qui ⁊ auctores ipſius hereſeos
extiterunt: quos eis allegorice ac figura
lis intalligētie normā quā plurimis ſcri
ptoꝝ ſuoꝝ conſtat tradidiſſe monimen-
tis. Quorum illi velut itineris ſui ducū
et auctorū inſtituta pariterr ſequuntur
et morum. Hec autem dixiſſe hūc virum
certum eſt. De euangelicis atqꝫ apoſtoli
cis libris in quibus quomodo lex ⁊ ꝓphe
tia ſpiritualiter, intelligi debeat edocet̃.
Poſt pauca rurſum etiam de eo qđ pſal-
mos faciant nouos ita ſcribit. Itaqꝫ non
ſolum ſubtilius intelligunt hymnos ve-
terum ſed ⁊ ipſi faciunt nouos in deum.
Omnib⁹ eos ⁊ meritis ⁊ ſonis honeſta ſa
tis ⁊ ſuaui compage modulantes. Mul-
ta quidem ⁊ alia in eodem libro enume-
rat que a noſtris vel in eccleſia vel in mo
naſterijs exercentur. ¶ Sed ꝓperanduꝫ
nobis eſt ex omnibus dicere que eccleſia
ſticā ꝓprie continent formam: ex quibus
citius maneſceſtum eſſe debeat ad eccle-
ſiam pertinere que ſcripta ſunt. Ait ergo
Continentiam vero velut fundamentuꝫ
quoddam primo in anima collocāt: ⁊ ita
demū reliquas ſuper hāc ꝑgunt edifica-
re virtutes. Cibū potumqꝫ nullus eoruꝫ
capitante ſolis occaſum. Uidelicet tem-
pus lucis cum philoſophie ſtudijs: curā
vero corporis cum nocte ſociantes. Nō-
nulli aūt etiā poſt triduum in cōmunio-
nem veniunt cibi. Quos ſcꝫ edatior ſtu-
diorū fames perurget. Iā ṽo hi qui eru
ditionibus ſapiētie ⁊ iā in ꝓfundiore in-
telligētia ſacroꝝ voluminum non ſeruā
tur tanq̄ copioſis dapibus inhiātes ex
pleri nequeūt: ⁊ cōtuendo acrius inflam
matur: ita vt nec quarto iam nec quinto
ſed ſexto demū die non tā deſideratū q̄
neceſſariū corpori indulgeant cibum.

C ¶ Hec filonem de noſtrorū inſtitu-
tis referre quis poteſt dubitare quod ſi
cui adhuc videtur ambiguum adhibebi
mus etiam alia eius dicta: que nulli om-
nino niſi noſtris tantummodo conueni-
re etiam infideliſſimus quiſqꝫ fatebitur.
Ait ergo. Cū viris aūt quos dicim⁹ ſunt
⁊ femine in quibus plures iam grādeue
ſunt virgines integritatē caſti corporis
non neceſſitate aliqua: ſed deuotione ſer
uantes: dum ſapientie ſtudijs ſemet ge-
ſtiunt non ſolum animo ſed et corpore cō
ſecrare: indignum ducentes libidini man
cipare vas ad capiendam ſapientiā pre
paratum: et edere mortalem partuꝫ eas
a quibus diuini verbi concubitus ſacro-
ſanct⁹ ⁊ immortalis expectatur: ex q̄ po-
ſteritas relinquatur nequaq̄ corruptele
mortalitatis obnoxia. q̄ ſi adhuc parum
videtur iſtud audi quod poſt aliquanta
ſcribit. Trac atus autem ſacrorum in-
quit voluminum huiuſmodi habent: vt
magis allegoricis opinionibus vtantur.
Quoniam quidem omnis lex viris iſtis
videtur animali eſſe ſimilis qđ corpus
quidem habeat ipſam litteram ⁊ ea que
ſecundum litteram deſignantur. Animā
vero occultum in litterā ſpiritualem et
inuiſibilem ſenſum: quem illi ab aucto-
ribus ſuis edocti ſublimius et nobilius
velut inſpicientes per ſpeculum contem
plantur ex ipſis etiam nominibus ad-
mirandas quaſdaꝫ ſpecies intelligentie
proferentes. Quid autem addere his
opus eſt etiam de conuentibus eorum q̄
conſcribit: ⁊ vt ſeorſum quidam viri ſeor
ſum etiam in eiſdeꝫ locis femine congre
gentur: ⁊ vt vigilias ſicut apud nos fieri
moris eſt peragant ⁊ maxime diebus il-
lis cum paſſionis dominice ſolēnitas ce
lebratur: cū in ieiunijs ꝑnoctare ⁊ lectio-
nibus ſanctis auditum prebere cōſueuiꝫ-
mus. Que omnia ſupradictus vir eo or-
dine eadēqꝫ conſequentia qua apud nos
geruntur expreſſit. Et vt vnus ex omni-
bus ↄſurgēs in medio: pſalmū honeſtis

modulis concinat: vt q̄ precinenti ei vnū
verſiculum oīs multitudo reſpondeat at
q; in ipſis dieb⁹ in terra recumbentes ſi=
cut antiqui moris fuiſſe dr̄: vinum quidē
nemo omnino vt ipſe ait. nec guſtu q̄dez
contingat. ſed nec quālibet carnem. Tm̄
aūt aqua ſit eis poculum: ⁊ panis cū ſale
vel iſopo cibus. Addit adhuc his quō
ſacerdotes et miniſtri exhibeant officia
ſua: vel que ſit ſupra oīa epiſcopalis api=
cis ſedes. Que cuncta ſi quis pleni⁹ vult
⁊ exploratius dicere: oſtendimus ex quo
iſta fonte debeat haurire. In quibus ſu=
pradictus vir eccleſiaſtice inſtitutionis
initia ⁊ originem apoſtolice atq; euange
lice traditionis intexuit. Eſt aūt idē filo
affluentiſſimus quidem in eloq̄a in ſenſi
bus autem ꝓfundiſſimus ⁊ interpretatio
ne atq; intelligentia diuinarum ſcriptu=
rarum ſubtilliſſimus. Copioſe inuenies
et copioſius eloquens. Multa deniq; di=
uini nobis etiam ipſe ingenij ſui moni=
menta dereliquit.

¶ Capitulum. xviij. quanti ad nos filio=
lis peruenerint libri.

PRimo qui ꝑ or=
dinem in
geneſim ſcripſit libros
quos articulauit ſacre
legis explanatio figu=
ralis. Tum deinde et
alios continentes ſpar
ſim de diuerſis capitu
lis queſtiōes in q̄bus que requiri debeāt
et proponit ⁊ ſoluit. Quas queſtiones et
abſolutiones de geneſi et exodo articula
uit. Sunt et alij eius libri qui ſuperſcri=
buntur propoſitionum qui ſunt dei agri
cultura duo. ⁊ de temulentia duo. Sed ⁊
alij quāplurimi extant eius libri diuer=
ſis vocabulis annotati. Sicut eſt i q̄ ſint
pro quibus mens debet orare deum ⁊ de
confuſione linguaruz. De natura ⁊ inuē
tione de his congregari debeant ad eru=
diendum. Et quis ſit qui heres ſit diui=
norum que ſit equalium et inequaliū di
uiſio. Itez de tribus virtutibus quas de
ſcripſit cuz ceteris moyſes. Item de his
quorum in ſcripturis nomina commuta
ta ſunt: ⁊ quibus ex cauſis cōmutata ſint
In quib⁹ refert ſcripſiſſe etiam de teſta=
mentis primū et ſecundum. Eſt autem ⁊
alius eius liber de captiuitate: ⁊ de vita
ſapientis: eius qui ſcōm iuſtitiam perfe=
ctam et leges naturales conſummat⁹ eſt
De gigantibus de eo ꝙ incōuertibile ſit
quod diuinuz eſt. De moyſi vita. libro. v.
De eo ꝙ a deo ſint ſomnia. Hec pene oīa
in geneſi ſcripſit. Sed et in exodum que=
ſtionum et abſolutionum libri. v. De ta=
bernaculo. De decez verbis legis. de his
que inferuntur ſub ſpecie decalogi. Et de
aīalib⁹ que ſacrificijs deputata ſunt. Et
que ſunt ſpecies ſacrificiorum. Que ſunt
propoſita in lege bonis premia. et malis
maledicta. Tuz preterea ſingulares ei⁹
libri. De prouidentia. De iudeis apolo=
geticus liber hoc eſt de vita vrbana ⁊ ad
alexandrum dicentem rationem habere
muta animalia. De eo ꝙ ſeruus ſit oīs
q̄ peccat. Itē alius de eo ꝙ liber ſit oīs q̄
bonis ſtudijs opa prebet. De vita theo=
rica vel ſupplicum in quo ⁊ de apoſtoli=
cis viris eſſe que ſcripta ſunt ſupra edo=
cuimus. Sz et interp̄tationes nominum
hebraicorum que ſunt in lege ⁊ ꝓphetis.

B ¶ Hic temporibus gaij imperatoris
romani profectus cum de impietate atq;
impuritate gaij quaz plurima ſcripſiſſet
q̄ per hyroniā de virtutibus articulauit:
et ea ſenatui recitaſſet tanta dr̄ admira=
tiōe habitus vt in bibliotheca digna ei⁹
ſcripta decernerentur. ¶ Uerum ꝑidem
tp̄s paulo apoſtolo ad hierl'z in circuitu
et vſq; ad illicitū p̄dicationez, verbi dūi=
ci miniſtrante. Claudius imperator iu=
deos vrbe depellit. Tūc aquila ⁊ priſca
cum ceteris iudeis expulſi aſiaz venīūt:
ibiq; coherent apl'orum primum eccleſie
inibi fundamenta iacienti: ſicut edocet li
ber de actibus apoſtoloꝝ conſcriptus.

¶ Capitulum. xix. cuiuſmodi clade com=
preſſerint iudeos ipſo die paſchali.

CLaudio vero
adhuc in imperio perduran
te in ipſa ſolennitate paſche
tanta iudeis perturbatio et
veſtitas hieroſolymis accidit ex ſeditio=
ne commota vt illi ſoli q̄ in foribus tem=
pli conſtipatione populi necati ſunt tria
milia iudeorum numerarentur: ⁊ cōuer=



ſus eſt dies feſtus eorum in luctū. Sed ⁊
alia q̄plurima iudeis mala irrogata io=
ſephus per hec verba deſignat.

¶ Capitulū. xx. qualia etiam ſub nerone
hieroſolymis geſta ſunt.

CLaudius in
quit agrippam filiū agrip
pe iudeorum regem cōſti=
tuit. Felicem vero totius
prouincie ſamarie quoq; ⁊
galilee ⁊ regionis que dr̄ tranſiordanam
procuratorem miſit. Et poſt pauca addit
etiam hoc. Inflammatur autez ⁊ ſeditio
acerbiſſima a pontificibus aduerſum ſa
cerdotes et primos plebis hieroſolymo
rum: quorum ſinguli conquirentes ſibi=
met perditorum iuuenum et nouis reb⁹
gaudentium manūdūces ſemetipſos ꝓ=
prie factionis inſtituebant. Qui confligē
tes adinuicem primo conuitijs laceſſere
tum deinde et ſaxis inuicez ſternere: nec
quiſq; erat qui coherceret ſed agebātur
omnia tanq̄ in vrbe non habente recto=
rem. Igitur pontifices in tanta venere ꝓ
teruiam vt ſeruis ſuis ad areas miſſis
inuaderent decimas que ſacerdotib⁹ de
bebantur. Et accidebat vt nonnulli ex mi
noribus ſacerdotibus quorum alimonie
vi fuerant direpte inedia deperirēt. Ita
ſeditionum violenta. ius faſq; confunde
rat. Item poſt pauca ſubiungit etiā hoc.
Nonnunq̄ autem etiam in media ciuita
te occurrētes ſibi trucidabant. Precipue
in diebus feſtis ſiccarij plebibus admix=
ti occultatis pugionibus oberrantes vt
quiſquis deſignatus eis cominus incide
rat perimebant. Et arte nefaria cum cor
ruiſſet is quē occulto vulnere ſtrauerat.
tum idem ipſi percuſſores velut indigna
ri ſe ſimulabant aduerſus eos qui hoc in
media vrbe committerent: atq; hoc mō
occulta eorum facinora permanebant. et
primo oīm ab his ionathas pontifex in=
terficitur: poſt illum quam plurimi iugu
lantur ita vt iaz ipſis mortibus eſſet gra
uior metus mortis: dum vnuſquiſq; qua
ſi in procinctu ſemper poſit⁹ per momē=
ta ſingula ſperaret iterfici. Poſt hoc aūt
interiectis q̄buſdam addit etiam hoc.

¶ Cap. xxj. de egyptio cuius actus apo=
ſtolorum faciunt mentionem.

GRauius vero
omni hac vaſtatione afflixit
iudeos egiptius quidā fal=
ſus ꝓpheta. Qui cum veniſ
ſet ad iudeam homo magus: fidē ſibi pro
phete magica arte conſciuit: et continuo
triginta milia virorum cōgregans ⁊ du=
ctans eos ꝑ deſertum peruenit cum ipſis
in montē qui vocatur oliueti. Parat⁹ in=
de irruere hieroſolyme ⁊ vi ac poteſtate
vrbem tenere: ſimulq; romanoruz p̄ſidia
ac plebē tyrannidi ſue ſubiugare fret⁹ ꝑ
oīa his quos ſecū eduxerat ſatellitibus.
Sed conatus eius p̄uenit felix confeſtiq;
cum armatis obuiam ꝑgens ſecum etiaz
plebe reliqua conſpirante congreſſiōe fa
cta egyptium quidem cum paucis in fu=
gam vertit. Perēptis vero alijs etiaz ca=
ptis temere cepta facile reſtrinxit. Hec i
ſecundo hyſtoriarum libro ioſephus re=
fert. Opere preciuz tamen eſt hec que de
egyptio ſcribit cum illis que in apoſtolo=
rum actibus deſignata ſunt comparare:
vbi ſub felice tribunus qui in hieroſoly=
mis erat ad paulum in quē fuerat cōmo
ta ſeditio dixit. Nonne tu es egyptius il
le qui ante hos dies concitaueras ppl'm
⁊ eduxeras in deſertuz ad quatuor milia
hoīes ſiccarioꝝ. Sz ſufficiāt iſta d̄ felice.

¶ Capitulum. xxij. quemadmoduz de iu
dea paulus Romam miſſus in vinculis
omni culpa liberatus ſit.

Interea claudio tres=
deciz
annis ⁊ octo menſibus romanoruz impe
rio perfuncto nero ſuſcipit principatum.
A quo feſtus mittitur in iudeam ſucce=
dere felici. Apud quem cauſa dicta pau=
lus vinctus mittitur romam ariſtarco ſe
cum comitante (quem conſequēter in epi
ſtolis ſuis concaptiuum appellat). Se=
det et luca qui et actus eius ceterorumq;
apoſtoloruz deſcribit ſed precipue pauli
de quo etiam hoc in fine ſignauit ꝙ bien=
nio in vrbe roma poſitus verbum dei p̄=
dicabat nemine prohibente. Quez tamē
affuiſſe ſibi et defendiſſe ſe apud neronē
et rurſum profectum eſſe a predicatiōis
officium ſermo confirmat. Et poſt hoc de

nuo rediſſe ad ſupradictam vrbem vbi et
martyrio cōſummatus eſt:tunc cū in vin
culis poſitus ſecundam ad thimotheum
ſcribebat epiſtolam. In qua et de prima
ſua defenſione et de preſenti ſimul idicat
paſſione. Suſcipe ergo de his ſingulis te
ſtimonia. In prima (inquit ipſe paulus)
mea defenſione nemo michi affuit:ſꝫ oēs
me dereliquerunt.non illis imputet. Do
minus enim aſtitit mihi ⁊ confortauit me
vt per me predicatio compleretur:et au=
diant omnes gentes quia liberatus ſum
de ore leonis. Manifeſtiſſime per hec de
ſignat:quia primo quidem vt per ipſum
cepta predicatio compleretur:liberatus
eſt de ore leonis. Neronem ſcꝫ in leone ꝑ
crudelitate ſignificans. Tum deinde in
conſequentibus adicit ⁊ dicit. Liberauit
me dominus de ore leonis. Preuidebat
enim in ſpiritu conſummationem ſuam
propter quod ⁊ dixit quia ⁊ liberatꝰ ſum
de ore leonis.et iterum liberauit me dñs
ab omni opere malo ⁊ ſaluum faciet in re
gnum ſuum celeſte. Significans per hoc
ꝙ eſſet confeſtim martyrio coronandus.
De quo tamen euidentius in eadeꝫ epi=
ſtola dicit ſcribens. Ego enim iniquitiaꝫ
immolor:⁊ tempus regreſſionis mee in=
ſtat. Hec autem dicta ſunt a nobis vt oſtē
deremus quia non eo tempore quo pau=
li actus in vrbe roma concluſit lucas mar
tyrio perfunctus eſt paulus. Potuit eniꝫ
fieri vt in initijs adhuc lenior eſſet nero:
et defenſionem pauli pro noſtro dogma=
te non aſpernāter acceperit. Proceſſu ve
ro temporis cum ceteris malis aucta ſit
eius etiā in apoſtolos os ſeuitie rabies.

¶ Capitu. xxiij. quomodo ſit paſſus iaco
bus qui frater domini eſt dictus. A

Igitur iudei poſtea ꝙ paulꝰ
ad ceſarem quē appellauerat a feſto trāſ
miſſus eſt: ⁊ fruſtratas inſidias quas ei
intenderant vident in iacobum fratrem
domini immanitatē nequitie ſue vertūt
cui epiſcopalis in hieroſolymis delata
ab apoſtolis fuerat ſedes quem hoc mo
do adorata ſūt:productum in mediū ab=
negare eum fidem chriſti coram oīm po=
pulo expetunt. At ille citra omnium opi
nionem voce ſatis libera et multo maio=
re quam vellent coram vniuerſo populo
cum omni fiducia profitetur filium eſſe
dei ſaluatorem et dominum noſtrum ie=
ſum chriſtum. Tum illi non ferentes taꝫ
graue et tam liberum teſtimonium viri:
pro eo maxime qđ iuſtiſſimus apud om=
nes habebatur ob religioſe ⁊ continēti=
ſime vite merita in necem eius vertunt
fauente ſibi occaſione temporis ex mor=
te rectoris. Contingit enim feſtum ꝑ idē
tempus obire apud iudeam:⁊ ſine recto=
re ac principe eſſe prouinciam. Nā mor=
tis iacobi modus iam quidem ⁊ in ſupe=
rioribus a nobis clementis ſermonibus
indicatus eſt: cum de pinna templi eum
precipitatum ⁊ fullonis percuſſum vecte
deſcripſit. Exploratius tamen de eo ege
ſippus qui poſt ipſas ſtatiꝫ primas apo
ſtolorum ſucceſſiones fuit in commenta=
riolum ſuorum libro his verbis refert.
Suſcepit inquit eccleſiam cum apoſto=
lis frater domini iacobus qui ab omnibꝰ
cognominatus eſt iuſtus. ab ipſis domi=
ni temporibus perdurans vſqꝫ ad nos.
Et multi quidem iacobi vocati ſunt. Sꝫ
hic ex vtero matris ſue ſanctus fuit. vinū
et ſiceram non bibit: ſed neqꝫ animal mā
ducauit. Ferrum in caput eius nō aſcen=
dit:oleo non eſt perunctus balneis non
eſt vſus. Huic ſoli licebat intrare in ſan=
cta ſanctorum. Neqꝫ enim laneo vteba=
tur indumento:ſed tantum ſindone. So=
lus ingrediebatur templum ⁊ iacebat ſu
per ienua ſua orans pro populi indulgē
tia. ita vt orando callos faceret in genibꝰ
admodum cameli ſemper genua flecten
do:nec vnqꝫ ab oratione ceſſando. Itaqꝫ
pro incredibili hac continentia ⁊ ſumma
iuſtitia appellatus eſt iuſtus:⁊ oblias qđ
eſt interpretatum monimentum populi ⁊
iuſtitia ſicut ⁊ prophete indicarūt de eo.
B ¶ Quidam ergo de ſeptem hereſi=
bus que erant in populo de quibus ſupe
rius ſcripſimus interrogabant euꝫ qđ eſ
ſet hoſtium ieſu. At ille dicebat hunc eſ=
ſe ſaluatorem. Ex quibus aliquanti cre=
diderunt quia ieſus eſt chriſtus. Ille au=
tem hereſes quas ſupradiximus nō cre=
diderunt neqꝫ ſurrexiſſe eum. neqꝫ ventu
rum vt retribuat vnicuiqꝫ ſecundum ope
ra ſua. Qui vero crediderint per iacobū



crediderunt. In quibus cum multi etiaꝫ
ex principibus crediſſent : perturbatio
erat iudeorum et ſcribarum ac phariſeo=
rum dicentium nihil iam ſupereſt qn om
nis populus credat in ieſum qđ ipſe ſit
chriſtus. Conuenientes igitur ad iacobū
dicebant ei. Oramus te vt reuoces popu
lum. quia ecce errat in ieſum putans qđ
ipſe ſit chriſtus. Deprecamur ergo te vt
ſuadeas omnibus conuenientibus in die
paſche de ieſu. Tibi enim omnes obtem
peramus:⁊ de te tam nos ꝙ populus te
ſtimonium inferimus. quia iuſtus es et
perſonam nullius accipis. Tu ergo ſua=
de populo de ieſu ne erret:quia omnes ti
bi obedimus. Aſcende itaqꝫ in excelſum
locum pinne templi: vt in edito poſitꝰ ap
pareas omnibus. ⁊ verba tua audiantur
a cunctis quia in die paſche conuenit nō
ſolum iudeorum:ſed et gentilium multi=
tudo. Statuerunt igitur ſupradicte ſcri=
be et phariſei iacobum ſupra pinnem tē
pli:et voce magna clamantes ad eum di
cunt. Uirorum iuſtiſſime cui omnes obtē
perare debemus. quoniam populꝰ erat
poſt ieſum qui crucifixus eſt:enuncia no=
bis ꝙ ſit hoſtium ieſu. Tum iacobus ad
eos ingenti voce reſpondit. Quid me in
terrogatis de filio hominis. Ecce ipſe ſe
det in celo a dextris ſumme virtutis ⁊ ipſe
venturus eſt in nubibus celi. Cumqꝫ hac
reſponſione ⁊ teſtimonio iacobi multis
ſatiſfactum eſſet ⁊ libenter audiſſent que
iacobus conteſtatus eſt. ceperunt glorifi
care deum ⁊ dicere: o ſanna filio dauid.
Tunc rurſum ſcribe ⁊ phariſei ceperunt
ad inuicem dicere. Malefecimus tale te=
ſtimonium preſtare de ieſu. Sed aſcēda=
mus et precipitemus eum deorſuꝫ:vt ce
teri terreantur et non credant ei. Simul
et voce magna clamauerunt dicentes. O
o. ⁊ iuſtus errauit. et compleuerunt ſcri=
pturam que in Eſaia ſcripta eſt dicentē.
Auferamus iuſtum:quoniaꝫ inutilis no
bis eſt. Propterea fructum operum ſuo=
rum manducabunt. Aſcenderunt ergo et
precipitauerunt eum et dicebant ad inui
cem. Lapidemus iacobum iuſtum. Et
ceperunt eum vrgere lapidibus. Qui de
iectus non ſolum mori non potuit. ſꝫ con
uerſus ſuper genua ſua procumbens di=
cebat. Rogo te domine deus pater remit
te eis peccatum non enim ſciunt quid fa
ciunt. Cumqꝫ euꝫ talia orantem deſuper
lapidibus purgerent vnus ex ſacerdoti=
bus de filijs rechab:filij rechabin (de qͥ=
bus proteſtatur Hieremias propheta)
exclamauit dicens. Parcite queſo quid
facitis. Pro vobis orat iuſtus hic quem
lapidatis. Tunc vnus ex ipſis fullo are=
pto fuſte:in quo res exprimere colent:ce
rebro eius illiſit. Et tali martyrio con=
ſummatus eſt ac ſepultus in eodem lo=
co prope templum. hic eſt qui extitit ve=
ritatis teſtis iudeis et gentibus:quia ie
ſus eſt chriſtus.

C ¶ Et non multo poſt opugnatio con
ſecuta eſt veſpaſiani. Hec latius qui=
dem ſed conſonanter clementi. Etiā ege
ſippus retulit qđ ita mirus quidem, et
apud omnes homines opinatiſſimus in
obſeruatione totius iuſtitie iacobus ha
bebatur:vt et iudeorum prudentes qui=
qꝫ crederent hanc eſſe cauſam ſtatim con
ſecute oppugnationis hieroſolymorum
qđ in illum ſceleratas iniecerint manus.
Et ioſephus ita ſibi videri euidenter in=
dicat per hec. Que omnia inquit accide
runt iudeis pro vindicta iacobi iuſti qui
erat frater ieſu qui dicitur chriſtus.
Quem iuſtiſſimum ⁊ pijſſimum omnium
confeſſione virum iudei interfecerunt.
Idemqꝫ etiam mortem eius in viceſimo
antiquitatum libro his verbis deſignat
Mittit autem ceſar albinum iudee pre=
fectum. Feſti morte comperta. Ananias
autem iunior quem pontificatum ſuſce=
piſſe ſupradiximus proteruus admodū
et inſolens moribus hereſim defende=
bat ſaduceorum qui in iudicijs crudelio=
res ceteris iudeis videntur ſicut iam ſu=
pra oſtendimus. Hic inſolentie ſue tem=
pus datum credens ex morte feſti con=
feſſum iudicium conuocat et introducit
in medium fratrem ieſu qui dicitur chri=
ſtus Jacobum nomine: et alios ꝙplurī=
mos quos velut contra legem gerere in
cuſans tradidit lapidandos. ¶ Quod
facinꝰ ſi quis ex ciuibus modeſtior fuit ⁊
equi ac legis obſeruātior grauiſſime tu=
lit. Qui etiam occulte legationeꝫ ad ceſa
rem mittunt orantes euꝫ ſcribere ananie

ne hoc agat:q2 nec pri⁹ huiuſcemodi facinoꝛa recte commiſerit. Quidam autez ex ipſis etiam albino occurrũt de alexandria ad ipos iter agẽti atqꝫ edocẽt ꝙ nõ licuerit ananie ſe incõſulto cõfeſſum iudicum conuocare. At ille cõmot⁹ ex his q̃ dicta ſunt cum indignatione ſcribit ad ananiã cõminatus ablatũ ſe ab eo iudicandi poteſtatẽ qua non recte vtebatur. Quia ⁊ agrippa rex eũ ſolis tribus menſibus functum hoc honoꝛe priuauerit: et ieſum dãni filium in locuz eius ſubrogauerit. Hacten⁹ etiam de iacob. Cuius illa habetur epiſtola q̃ prima ſcribitur iter eas q̃ canonica appellant. Sciendum tamen eſt ꝙ a nõnullis non recipiatur: nec facile quis antiquoꝝ meminerit eius: ſicut nec illius quidem que dicitur Jude q̃ et ipſa eſt vna de ſeptem. Nos tamen ſcimus etiam iſtas cum ceteris ab omnib⁹ pene eccleſijs recipi.

Capit. xxiiij. ꝙ poſt marcum primum epz alexãdrine eccl'ie oꝛdinat⁹ ſit anian⁹

IGitur neronis primo imperij anno poſt marcum euangeliſtã eccleſie apud alexãdriam Anianus ſacerdotium ſuſcepit. Sed nero regni ſibi poteſtate conualeſcente poſt multa q̃ animo ꝯceperat nefaria et impura flagitia ad ipſã quoqꝫ iam diuinitatis tendebat iniuriam. Lõgum eſt et noſtro operi inconueniens ꝓbra ei⁹ flagitiaqꝫ deſcribere: maxime cuz multi de his plenius ſcripſerint. Ex quorum libris ſiquis dedecoꝛoſam eius vitam atqꝫ omnibus ſcelerib⁹ obnoxiã ſcire vult facili⁹ poteſt. In quibus eum inueniet intãtũ ſceleris eſſe ꝓgreſſum vt ne ꝓprijs quidẽ ac domeſticis tẽperauerit. Sed ⁊ in matrẽ ⁊ in fratres ⁊ in vxoꝛes atqꝫ in oẽs ſanguinis ꝓximos: et parricida extiterit ⁊ inceſtus. His igit̃ oibus deerat vt ipſe primus et imperatoꝛib⁹ romanis etiã in ipſuz deũ impietatẽ arma ꝯuerteret. Sicut tertulian⁹ vir ſcriptoꝛũ nobiliſſimus refert dicens. Cõſulite commẽtarios veſtros: illic reperietẽ primuz quoqꝫ neronẽ in hãc ſectãtez maxime romẽ oꝛientẽ ceſareno gladio ferocẽ fuiſſe. Et tali dedicatoꝛe damnationis noſtre etiam gloꝛiamur. Qui eñ ſcit illũ intelligere põt nõ niſi grãde aliquod bonum a nerone dãnatum. Tẽptauerat ⁊ domicianus poꝛtio neronis de crudelitate: ſz quaſi homo facile ceptuz repreſſit reſtituens etiã quos relegauerat. Tales nobis ſemper fuere inſecutoꝛes: iniuſti: impij: turpes: quos ⁊ ipſi dãnare cõſueuiſtis: ⁊ a quibus dãnatos reſtituere ſoliti eſtis. Hec tertulianus.

Cap. xxv. de pſecutione neronis ſub q̃ paul⁹ ac petr⁹ pia ꝯfeſſione paſſi ſunt.

gelium quod dicitur ſecundū hebreos.
Quo precipue vtuntur ille hebrei qui
chriſtuꝫ ſuſcipere videntur: ſed in eccle
ſia ei contradicitur. Que omnia tamen
a nobis neceſſario enumerata ſunt: vt
abſqꝫ vlla ambiguitate clareſcere que
ſint in veri auctoritate: que ſint in qui-
bus vel contradictio aliqua: vel etiam

eunctatio :cum tamen a ꝗᵽplurimis ec
cleſijs recipiantur ſoleat amitti. Sed ꝛ
de eis ſciendū eſt que ſub nomine apo
ſtolorum ab hereticis proferuntur: ve=
lut petri et Thome ꝛ Matthie ꝛ cete=
rorum ſimiliter apoſtolorū que appel
lant euangelia. Sed et andree ꝛ Johā
nis atqꝫ aliorum epoſtolorum actus ꝙ
nuſq̄ꝫ prorſus in ſcripturis veterum: eo
rum duntaxat qui apoſtolis ſucceſſe=
runt: aliqua mentio eorum aut comme
moratio habetur. In quibus ꝛ ipſe ſti=
lus: multum ab eccleſiaſtica conſuetu=
dine deprehenditur eſſe diuerſus. Sen
ſus quoqꝫ ipſe et omnia que in his in=
feruntur longe ab apoſtolica diſſonant
fide. Et quo figmēta eſſe prauitatis he
retice comprobantur. Unde non inter il
la quidem de quibus dubitari diximꝰ
collocanda ſunt: ſed vt aliena penitus ꝛ
a pietatis regula diſcrepantia propel=
lāda. Uerꝫ ad hyſtorie ordinē redeamꝰ.

¶ Capitu. xx. de menandro mago.

**Igitur ſymoni ma**go menander ſuccedit. ſcutum diaboli
non inferius primo. Et ipſe ſamarites
genere. In arte autem magica ſolus re
pertus eſt : qui non modo equiparare:
ſed ꝛ ſupergredi impietatem magiſtri
poſſet. Maioribus quippe portētis ef
ferebatur ſemetipſum ſaluatorē dicēs
ad hominem ſalutem de celeſtibus ꝛ in
uiſibilibus ſeculis deſtinatum. Aſſerēs
non aliter poſſe vnum quemqꝫ angelos
ſeculi vincere: niſi prius a ſemet magi
ce artis per ordinem ſuſciperet diſcipli
nam: ꝛ per baptiſmum a ſe datum im=
mortalis ꝛ eternus effectus in hac vita
perpetuus fieret: que omnia ex libris.
Hyrenei volentibus ſcire per facile eſt
Sed et iuſtinus in his ipſis in quibus
Symonis fecerat mentionem: etiā de
hac talia quedam ſcribit. Menandrū
quendam ſamaritanum ex vico cappa
ratthea ſymonis diſcipulum : ſtimulis
demoniacis incitatū veniſſe antiochiā
et ꝗᵽplurimos per artem magicam de=
cepiſſe ſcimus: qui hoc etiā ſuadere po
tuit ſectatoribus ſuis: ꝙ non eſſent mo
rituri. Ex quibus in hodiernū ſunt ali
qui ex illo eadem confitentes. quod eſt
vere diaboli commentum vt homines
magi: chriſtianorum ſibi nomen impo=
nerent: quo per hoc ſanctum et venera
bile religionis noſtre miſterium macu
larent: qui tamen irrident et ſpernunt
eccleſiaſtica dogmata: vel de immorta
litate anime: vel de reſurrectione mor=
tuorum. Uerum hi talibus freti aucto=
ribꝰ de ſpe ſalutꝫ ꝛ vite penitꝰ exciderūt.

¶ Capitulum. xxi. de ſecta ebionioꝝ.

**SEd ꝛ alios** idem demō quos ab
amore chriſti ſepara
re non poterat: alia
nichilominꝰ arte de=
cepit: id eſt ebionios
qui interpretāt pau=
peres. Uere enim pauperes ſunt ꝛ ege
ni in ſcientia glorie chriſti. Quoniā qui
dem ſolum eum hominem putant: ꝛ ꝑ
profectum vite ac virtutis virum iuſtū
effectum. Communi etiam natiuitate
ex viro et femina procreatū. Cuſtodiā
vero cenſentes etiam legis obſeruātiā
nec ſufficere ad ſalutem ſolam chriſti
eſtimant fidē. Quidam tamen ex ipſis
refugiunt hanc impietatem: vt ex viro
et femina aſſerant eum natum: ſed con
fitentur de ſpiritu ſancto et maria vir=
gine. Nec tamen ſemꝑ eum fuiſſe deū
et verbum ac ſapientiam dei fatentur.
Corporalem vero legis obſeruantiam
cuſtodiūt. Apoſtoli aūt epiſtolas oīs
pariter reſpuant. ꝛ ipm̄ apoſtatā legis
appellant. Utuntur et euangelio vno
quodam qđ ſcđm hebreos appellatur.
Cetera omnia nihil ducunt. Sabbata
cum iudeis ſecundum legem nobiſcum
dominicam diem ſacratam pro reſurre
ctione domini obſeruant. Unde compe
tenter ebionite pro paupertate intelli=
gentie compellati ſunt.

¶ Capi. xxij. de cherintho heretico.

**HIſdē tempo**ribus etiam alterius here=
ſeos abortum principē che
rithū accepimꝰ. De q̄ gayꝰ
cuiꝰ iā in ſuꝑioribꝰ fecimꝰ mētionē di



ſputationum ſuarum dialogo ita ſcri=
bit Sed ꝛ cherinthibꝰ inq̄t ꝑ reuelatio
nes quaſdam quas velut a magno apo
ſtolo cōſcriptas: ꝛ ꝑ angelos ei reuela=
tas putaret: alia quedam portenta no=
bis introducit. Poſt reſurrectionē ter=
renum dicit futuꝝ eſſe regnum chriſti ī
hieruſalem. Et hoīes in carne iteꝝ con
cupiſcentijs ꝛ vitijs ſubiectam ꝯuerſa=
tionem habituros. Cōtra fidem quoqꝫ
ſcripturarum quoſdam mille annos de
ſignat: in quibus multa quidem et alia
corruptionis opera ꝛ nuptiarum feſti=
uitates dicit futuras: ad eos qui libidi
ni ſunt dediti decipiendos. Sed et dio
nyſius cū de iohānis reuelationis diſ
ſeret: et quedam ſc̄m ea q̄ antiquitus ec
cleſie tradita fuerant diſputaret: mētio
nem facit huiꝰ ipſius viri in his verbis
Cherinthus inq̄t a quo ꝛ cherinthiana
hereſis oborta eſt: figmenti ſui auctori
tatem magni nominis acquirere: ſecun
dum ſcripture huiꝰ prauā intelligētiā
geſtiebat. Quippe cuiꝰ hec erat hereſis
vt affirmaret terrenū futuꝝ eſſe xp̄i re
gnum. Et q꞉ erat ventri et gule ac libi
dini deditus ea futura decernebat: que
ſibi propria libido dictabat. ventris et
eorum q̄ ſub ventre ſunt incitamēta: ci
bis: potibus: nuptijs: predicabat explē
da. Et vt aliquid ſacratius dicere vide
retur legales agebat feſtiuitates rur=
ſum celebrandas: et hoſtias carnales
iterum iugulandas. Hyreneus vero ſe
cretiora ipſius heretici in primo ope=
ris ſui libro publicauit. Que īde diſcat
ſi quid plenius ſcire vult.

¶ Capitulum. xxiij. de nicholao ꝛ here
ſi nicholaitarum.

**SEd et alia he**reſis q̄ appellatur. Nicho
laitarū ꝑ pauco tempore
tenuit. Cuius etiam in re=
uelatiōe Johānis mētio facta eſt. Iſti
nicholaū vnū ex illis q̄ cum ſtephano
ab apoſtolis conſtituti ſunt diaconi: au
ctorem ſe habere iactabant. Sꝫ clemēs
alexādrinꝰ ī tertio libro ſtromatū: hec d̄
eo ſcribit. Pulchrā inq̄t valde hic vxo=
rem habuit: ꝛ poſt aſcēſionē dn̄i ꝛ ſalua
toris nr̄i cū increparet̄ ab ap̄lis tanq̄ꝫ d̄
zelotipie iniuria ꝑductam in medium
vxorē ſuam ſi q̄s eā vellet habere ꝑmi=
ſit. Ex qua occaſione iſti ꝯn̄s putauere
vt ſc̄m hoc factum vel dictū. Nicholai
vnuſq̄ſqꝫ carne ſua in q̄ delectaret abu
teretur. Et obtinētes dictum vel factū
ſimpliciter vel innocēter: abſqꝫ vlla re=
uerentia promiſcuos nūc ꝛ illicitos cō
cubitus expetūt: hij qui ſub illiꝰ nomīe
ſectā ſibi ꝓprie libidinis aſſumpſerūt.
Mihi aūt ꝯpertum eſt nicholaū nullā
prorſus agnouiſſe mulierē preter eam
quā in matrimonio acceperat. Cuius
etiā liberi: femine q̄dē vſqꝫ ad vltimā
ſenectutem caſta virginitate durauerūt
filius aūt ipſiꝰ ſctitatem incorrupti cor
poris cuſtodiuit. Que cū ita ſe habeāt
ꝯſtat illud qđ in medio ap̄lorum ꝓ zelo
tipie ſuaſitione ꝑducit vxorem: ex ꝯten
tu vitij vel libidinis geſtum: quo ꝑ hec
cōtinentē ſe oñderet eiꝰ rei: quā nimie
putabatur expetere: ꝯtennendā magis
q̄ꝫ expetendā carnis edocēs voluptatē
Qm̄ quidem nolebat vt opinor ſc̄m ſal
uatoris p̄ceptum duobꝰ dn̄is ſeruire: li
bidini ꝛ deo. Dicunt aūt etiā Mathiā
ita docuiſſe aduerſum carnē pugnādū
et in nullo prorſus voluptati eiꝰ ac libi
dini ꝯcedendum. Aiam vero alendā ſa
pientie paſtibꝰ ꝛ ſcientie cibis in maiꝰ
ſemꝑ augendam. Hec de illis hereſibꝰ
que tp̄ibus memoratis a veritate decli
nātes cito extīcte ſunt retuliſſe ſufficiat

¶ Capm̄. xxiiij. ꝙ ap̄li non ſunt aſper=
nati nuptias.

**Clemens** ſane hic cuiꝰ vo
ces ānotauimꝰ:
ſcribēs aduerſꝰ eos q̄ nuptias ſpernūt
īter cetera ēt hec d̄t. An et ap̄los īprobāt
Petrꝰ eēm ac philippꝰ ꝛ vxores habue
rūt ꝛ filias ēt viris nuptū dederūt. Sꝫ
ꝛ paulū nō tedet ap̄lm in q̄dā ep̄la ſua
mentionē vel ſalutationē facere ꝯparꝫ
ſue: quam ſe ideo negat circūducere: vt
ad p̄dicationē euāgelij expeditior fiat.
Uerum qm̄ clementis fecimꝰ mentionē
abſurdum nō erit aliam q̄ꝫ eius memo
rabilem narrationem: proferre quā in
ſeptimo eiuſdē operis libro ita īſeruit.
Aiunt inquit beatum petrum cū vidiſ=

ſet vxorem ſuam duci ad paſſionē gaui
ſum eſſe electionis gratia ac reuerſio-
nis ad propriam domum: exclamaſſe
poſt eam cum duceretur: ac proprio no
mine compellantem dixiſſe. O coniunx
memento domini. Talia erāt ſanctorū
coniugia: tam perfecta fuit affectio bea
torum.

Cap. xxv. de Iohā. ⁊ philippi obitu.

IBitur q̄ꝫ vite ex itu Pe-
tri vel pauli iam in ſuperio
ribus explanauimus: ſed ⁊
tempꝰ Iohānis quo vita
exceſſit ex parte iam diximꝰ: nunc ēt de
loco quietis ſcd̄m fidem Polycratis
Epheſij epiſcopi edocere conueniens
puto. Hic etenim polycrates victori
epiſcopo vrbis Rome ſcribens: ⁊ ipſiꝰ
⁊ philippi apoſtoli: ac filiarum eius pa
riter meminit dicens. Sicut iam ſupe-
rius inſeruimus quod magna lumina
in Aſie partibus dormierūt: que reſu-
ſcitabit dominus in nouiſſimo die ad-
uentus ſui cū venerit in gloria: ⁊ requi
ret omnes ſanctos ſuos. Dico autē de
Phelippo: īquit: q̄ fuit vnꝰ ex apoſtolis
qui dormiuit apud Ierapolim. Sed et
due eius filie mihi virgines conſenue-
re: et alia eius filia ſpiritu ſancto reple-
ta permāſit apud Epheſum. Et iohan
nes ille qui ſupra pectus dn̄i recumbe
bat: qui fuit ſacerdos dei pontificale
petalū geſtās martyr ⁊ doctor optimꝰ
apd̄ Epheſum dormiuit. Hec etiam de
locis: in quibus requieſcunt in ſummo
pacis: adieciſſe ſufficiat. Sed et gayꝰ:
cuius ante mētio facta eſt: in dyalogo
ſuo: quem cum proculo diſputans ſcri-
bit: de filiabus Philippi ſimul et obitu
ipſius: conſonis vocibus memorat di-
cens. Poſt hoc autem ꝓphetiſſe quat-
tuor fuerāt philippi filie: cuius ſepul-
chrum eſt apud Ieropolym Aſie vrbē
vna cū filiabꝰ ſuis. De his autem ⁊ Lu
cas in actibꝰ apoſtoloꝝ meminit: cum
adhuc apud ceſareā degerēt: dicit ergo
ita Venimus inquit ceſareā: ⁊ ingreſſi
in domum Philippi euangeliſte q̄ erat
ex ſeptē māſimus apud eū. Huic autem
erāt virgines filie quattuor ꝓphetan-
tes. His igit̄ a nobis de apoſtoloꝝ tēpi
bus vel exceſſibus ꝓut potuimꝰ ex ſcri
pturis veteꝝ cōgregatis. Sz ⁊ de ſcri-
pturarū canonicaꝝ q̄ in auctoritate ha
beantur libris vel qui penitꝰ repudien
tur. Qui vero mediū quodāmodo ad in
ſtructionem ab eccleſijs non etiā ad in
dubitantē auctoritatē recepti ſint cōſe
quēter expoſitis tēdamus ad cetera.

Cap. xxvi. quomō Symeon hieroſo
lymorum eps mortem pro chriſto con
ſtantiſſime pertulit.

POſt Neronem
Domitianūqꝫ: ſub hoc cuius
nūc tpa memoramꝰ: ꝑ ſingulas ciuita-
tes ex inſolētia ppl'i ꝑſecutionē in no-
ſtros accepimus motā.

A Quo in tpe, etiā Symeō Cleo-
phe filiꝰ (quē ſcd̄m hieroſolymis ordi-
natū Epm ſupra edocuimus) ꝑ marty
rium carnis vinculis reſolutꝰ eſt. Ho-
rum aſtipulator: ipſe ille eſt Egeſippꝰ:
quē in pluribꝰ iam ꝓduximus teſtem.
Is ergo refert: ꝙ a quibuſdā hereticis
accuſatus ſit ſupradictꝰ vir tanq̄ xpia
nus ⁊ multis ſupplicijs afflictꝰ ꝑ mul
tos dies: ita vt etiā iudex ipſe cū ami-
cis ſuis d̄ eius patiētia miraret̄. Et ad
vltimū iuberet ſimili eū qua dn̄s ꝑtu-
lit paſſionē vitam finire. Sed ⁊ ipā ver
ba q̄bus hec ꝓteſtat̄ addere gratiꝰ pu
to. Ait ergo cū de hereticis diceret. Ex
his igitur ipis accuſauerūt q̄dē ſymeo
nem cleophe filiū: tanq̄ qui eſſet ex ge
nere dauid ⁊ xpianus. Et ita martyr ef
fectus eſt: cū eſſet annoꝝ centū viginti
ſub traiano Ceſare apud atticū conſu
larem. Addit aūt etiā hoc qd̄ accuſato
res eius cū in illis tpibus ꝑquirerētur
ſi qui ex genere dauid et ex regia tribu
deſcēderent cōprehenſi ſunt inter ipos
Qd̄ aūt ſymeō vnus fuerit ex ipſis au
ditoribus dn̄i: vel lōgeuitas eius indi
tio eſt vel euāgelioꝝ fides vbi etiā ma
ter eius maria cleophe vxor refert̄. Sz
⁊ alios quoſdā idē ſcriptor refert ꝑter
eos de q̄bꝰ diximꝰ nepotes. Iude vniꝰ
ex fratribꝰ dn̄i ꝑ idē tp̄s ſupſtites inuē
tos et domitiani tēporibus martyres
factos, hoc modo ſcribens. Veniūt igi
tur hi ⁊ preſunt omni eccleſie tanq̄ mar
tyres et propinqui domini: et reddita
pace eccleſie permanſerūt vſqꝫ ad tpa
traiani ceſaris: vſqꝫquo cōſobrinus do
mini Symeon (de quo ſupra diximꝰ) fi-
lius cleophe calumniam pateret̄ ab he
reticis tanq̄ chriſtianus conſulari de-
latꝰ. Cūqꝫ multo tpe ſupplicijs fuiſſet
affectus martyrio cōſummatus eſt: oī-
bus qui aderāt ⁊ ipſo iudice mirantibꝰ
vt centum viginti annorum ſenex cru-
cis ſupplicium pertuliſſet.

B Poſt hec idē ſcriptor addit etiā
hoc qd̄ vſqꝫ ad illa tempora virgo mun
da ⁊ immaculata ꝑmanſit eccleſia. Cor
ruptoribus veritatis ⁊ diuini verbi te-
meratoribus aut nunq̄ omnino extan
tibus aut etiā ſi quid forte fuerāt in oc
cultis ⁊ abditis hiatibus terre delite-
ſcentibus. vt vo ⁊ apoſtoloꝝ chorus et
omnis illa etas que a domino ſuſcepe
rat viue vocis auditū de hac luce diſceſ
ſit. tum velut in vacuā domū falſe do-
ctrine impius ſe error immerſit et tanq̄
vbi nullus iā: diuini cēſus defenſor exi
ſteret. nudato vt aiūt capite corripien-
tes arma mēdacij oppugnare ap'licam
veritatē nitunt̄. Sed iſtud bellū intrin-
ſecus gerebat̄. Perſecutionū vo extrin
ſecus pondus vrgebat eccleſiam ⁊ eam
immenſe caterne martyꝝ quotidie iu-
gulabant̄. vt Piniꝰ ſcd̄s qui tunc ꝓuin
ciā amminiſtrabat multitudine īterem
ptorum ꝑmotus referret ad imperato
rem ꝙ innumera hoīm milia quotidie
obtruncarent̄: in quibus nihil omnino
ſceleris deprehenderent̄ admiſſum. aut
aliquid contrariū romanis legibus ge
ſtum niſi hoc ſolū ꝙ ante lucanos hym
nos chriſto cuidam canerēt deo. Adul
teria vero vel cetera huiuſmodi crimi
na apud eos illicita haberi ⁊ penitꝰ ar
ceri. Cetera vero ſecundum leges eos
agere communes.

Capitulū vigeſimūſeptimū. ꝙ traia
nus xp̄anos vetuerit inquiri.

AD quem tunc
Traianus reſcripti ſui au-
ctoritate decernit. vt xpia-
ni nō quidē req̄rant̄ ſi q̄ tn̄
inciderint puniāt̄ ꝑ qd̄ ex parte aliqua
ꝑſecutiōis ſedatū putabat̄ incēdiū. Sz
his q̄ nequitiā ſuā aduerſum nos exer
cere cupiebāt ledēdi occaſio nō videba
tur exēpta. Interdū eñ ppl's īſtigabat̄
interdū ēt iudex occaſionibꝰ vtebat̄: et
negabat q̄ſitos quos punire voluiſſet
oblatos: hec tertulianꝰ in apologetico
ſuo dicit ex quo poſſunt īſtrui plenius
ſcire cupientes.

IBitur in vrbe
roma tertius ab ap'lis cle-
mēs nouē ānis ſacerdotio
ꝑfunctꝰ. Euariſto diuini v
bi tradit miniſteriū. In hieroſolymis
vo Symeōe de q̄ ſuperiꝰ diximꝰ defun
cto iuſtꝰ q̄dā ex his q̄ de circūciſione ad
fidē xp̄i venerāt ep̄atū ſuſcepit. Quibꝰ
tpibꝰ apud Aſiā ſuperat adhuc ⁊ flore
bat ex ap'loꝝ diſcipulis policarpꝰ myr
neoꝝ eccl'ie ep̄s: ⁊ papias ſilr apud Ie
rapolym ſacerdotium gerens.

Capitu. xxix. de ignatio ⁊ epiſto-
lis eius. A

SEd ⁊ ī noſtra
quoqꝫ tpa fame celebrita-
te vulgatꝰ ignatius apud
anthiochiam poſt petrum
ſcd̄a ſucceſſiōe epiſcopatū ſortitus eſt.
Quē ſermo tradidit de ſyrie partibꝰ ad
vrbē romā trāſmiſſum ⁊ ꝓ martyrio xp̄i
ad beſtias datū. Quiqꝫ cum ꝑ aſiam ſub
cuſtodia nauigaret ſingulas quaſqꝫ di
grediēs ciuitates eccl'ie populos euan
gelicis cohortationibus edocebat in fi
de ꝑſiſtere ⁊ obſeruare ſe ab hereticorū
ↄtagijs q̄ tūc primū copioſius ceperāt
pullulare: ⁊ diligentiꝰ ac tenatius apo-
ſtolorū traditionibꝰ inhererent. Quas
traditiones cautele grā ⁊ nequid apud
poſteros remaneret īcerti etiā ſcriptis
ſe aſſeruit epiſtolis reliq̄ſſe. Deniqꝫ cum
ſmirnā veniſſet vbi erat Polycarpꝰ ſcri
bit ide vnā epiſtolā ad epheſios eoꝝqꝫ
paſtorē in q̄ meminit ⁊ Oneſimi Aliam
magneſie ciuitati que. ſ. meādrū iacet.
In q̄ ⁊ epi Damei mētionē facit. Sed ⁊
eccl'ie q̄ ē trallis ſcribit cuiꝰ ꝑncipē tūc
eſſe polimiū deſignauit. In ea vo quam

ad roma. eccľiam ſcribit deꝓcatur eos ne ſe tanq̃ ſupplicijs ſuis, ꝓcẽtes velint p̃uare martyrio. Et his poſt aliquanta vtiť ꝟbis a ſyria inq̃t romã cũ vſqꝫ beſtijs terra mariqꝫ ꝯpugno die ac nocte ꝯnexꝰ ⁊ colligatꝰ decẽ leopardis de militibꝰ dico ad cuſtodiã datis: q̄ ex bñficijs nr̃is ſeuiores fiũt. Sꝫ ego eoꝝ neq̃tijs magis erudioꝛ nec tñ in hoc iuſtificatꝰ ſuꝫ. O ſalutares beſtias q̄ p̃parant mihi qñ veniẽt qñ emittent qñ eis frui lꝫ carnibꝰ meis quas ⁊ ego apto acriores parari ⁊ inuitabo ad deuoꝛationeꝫ mei ⁊ deꝓcaboꝛ ne forte vt in nõnullis fecerũt timeãt ꝯtingere coꝛpus meuꝫ. Quinimo ⁊ ſi cũctabunť: ego vim faciã. Ego me ingerã. Date q̃ſo veniã ego noui qđ expediat mihi. Nunc incipio eſſe diſcipulus xp̄i. Faceſſat inuidia vel humani affectꝰ vel nequitie ſp̃ualis vt ieſum xp̄ꝫ merear adipiſci. Ignes vel cruces beſtie diſꝑtiones oſſiũ diſcerptioneſqꝫ mẽbroꝝ ac totiꝰ coꝛpis, pene ⁊ oĩa in me vnũ ſupplicia diaboli arte queſita confluent dum mõ ieſum xp̄m merear adipiſci hec ⁊ multa alia his ſimilia ad diuerſas eccleſias ſcribit.

B ❡ Sꝫ ⁊ polycarpũ velut apľicum virũ datis lr̃is anthiochenã ei eccľiam p̄cipue ꝯmendat ad ſmyrneos ſane ſcribens vtiť ꝟbis quibuſdã (vnde aſſumptis neſcimꝰ) quibus hec de ſaluatoꝛe ꝓloquiť. Ego autez poſt reſurrectionẽ quoqꝫ i carne eũ ſcio fuiſſe ⁊ credo. Nã ⁊ cuꝫ veniſſet ad petrũ ceteroſqꝫ ait eis. Accedite ⁊ videte: q2 nõ ſum demoniũ incoꝛpoꝛeum. Qui ⁊ cõtingentes eum crediderũt ei. Scit autem et hyreneus eius martyriũ: ⁊ mentionẽ facit ſcriptorum eius ꝑ hec ꝟba. Sicut dixit inquit quidã ex noſtris ꝓ martyrio chꝛiſti dãnatus ad beſtias. Frumẽtũ inquit ego ſum dei beſtiaꝝ dentibus moloꝛ ⁊ ſubigoꝛ vt panis mũdꝰ efficar chꝛiſto. Sed ⁊ policarpus hoꝛum memoꝛiã facit in epiſtola quẽ ad philippẽſes ſcribit per hec. Deꝓcoꝛ inquit omnes vos obediẽtie operam dare ⁊ meditari patientiaꝫ quã vidiſtis in ignatio ⁊ rufo ⁊ zoſimo beatis viris. Precipue aũt in paulo et ceteris apľis q̄ fuerũt apud vos ſcientes ꝙ his omnes nõ in vacuũ ſed ꝑ fidẽ ⁊ iuſticiã cucurrere vſqꝫ quo ꝑuenirent ad locũ ſibi a dño preparatũ. Qm̃ quidez paſſionũ eius participes extiterũt nec dilexere preſens ſeculũ ſed eũ ſolũ qui pro ipſis ⁊ ꝓ nobis moꝛtuus eſt et reſurrexit. Et poſt pauca ſubiungit. Scripſiſtis mihi ⁊ vos ⁊ ignatius vt ſi q̃s vadit ad ꝑtes ſyrie deferat lr̃as ad vos. Qđ faciã cũ tẽpus inuenero. Mittaꝫ vobis ⁊ ignatij epľas ⁊ alias ſi que ſunt q̄ ad nos trãſmiſſe ſunt ex quibus vtilitatem maximã capiatis continent em̃ de fide ⁊ patiẽtia inſtructionẽ perfectã ſm̃ domini preceptuꝫ. Hactenus de ignatio.

❡ Cap. xxx. de quibuſdaꝫ euangeliſtis qui poſt apoſtolos claruerunt.

POſt hũc rexit eccleſiã ciuitatis antiochene hereos. Inter eoſdẽ ſane floꝛuit vir eque inſignis Quadratus. Qui vna cũ philippi filiabus in ꝓphetica gratia celeberrimus fuiſſe ꝓhibeť. Sed ⁊ alij plurimi per idem tẽpus apľoꝛum diſcipuli ſuperſtites erãt qui eccľie fundamẽtis que ab illis locata fuerãt digniſſima deſuꝑ fidei edificia cõſtruebant augentes in oĩbus predicationẽ verbi domini: ⁊ ſalutaria ſemina regni celoꝝ per omnẽ terram latius diſſerẽtes. Deniqꝫ nõnulli ex his ardẽtioꝛe diuine philoſophie cupiditate ſuccenſi animas ſuas ꝟbo dei cõſecrabat explentes perfectionis ſalutare p̄ceptũ: vt facultates ſuas prima indigentibus diuidẽtes expediti ad p̄dicandum euangeliũ fierẽt. Ut ſi quibꝰ foꝛte ꝓuincijs nomẽ fidei eſſet cognitum p̄dicarent primaqꝫ apud eos fundamẽta euãgelij collocãtes atqꝫ electꝫ q̄buſqꝫ ex ipſis officium regende eccľie quã fundauerãt ꝯmittẽtes. Ipſi rurſuꝫ ad alias gẽtes aliaſqꝫ ꝓuincias properabãt: ⁊ euãgeliſtaꝝ fungebanť officio. Quoſqꝫ ſiľr vt in exoꝛdio apľos diuinoꝝ ſignoꝝ comitabanť effectꝰ ⁊ ſcti ſp̃us gr̃a ita vt videres vna allocutione integros ſimul populos ad cultũ diuine religionis adduci ⁊ p̄dicantiũ verbis nõ



eſſe tardioꝛẽ audiẽtium fidẽ. Uerũ qm̃ impoſſibile eſt nobis ſingulos enumerare qui poſt apľoꝝ p̄mas ſucceſſiões in eccleſijs q̄ per oꝛbẽ terre ſunt vel p̄ncipes vel euãgeliſte fuerint vel paſtoꝛes illos tantũmõ commemoꝛaſſe ſufficiat quoꝝ libris inſerta ad nos vſqꝫ fidei ⁊ p̄dicatiõis monumẽta venere. Ut clemẽtis ⁊ ignatij ceteroꝛũqꝫ quoꝛũ ſuperius facimus mentionem.

❡ Capitu. xxxj. de epiſtola clemẽtis ad coꝛinthios ⁊ libris papie.

CLemens tamen in epľa quã ad coꝛinthios ſcp̄ſit meminit epľe pauli ad hebreos ⁊ vtitur eius teſtimonijs.

A ❡ Uñ ꝯſtat ꝙ apľs tanqꝫ hebreis mittandã patrio eã ſermone cõſcripſerit: ⁊ vt quidã tradũt. Lucã euãgeliſtã: alij aũt hunc ip̄m clementẽ interp̄tatuꝫ eſſe: qđ ⁊ magis verũ eſt: q2 ⁊ ſtilus ipſe epiſtole clemẽtis cuꝫ hac concoꝛdat et ſenſus nimirũ vtriuſqꝫ ſcripture plurimam ſimilitudinẽ ferunt. Diciť tñ eſſe alia clementis epľa cuius nos notitiaꝫ non accepimus. Sed ⁊ alia eiꝰ opuſcula nõ minima a nõnullis haberi ꝓhibẽtur velut petri ⁊ appionis diſputatio: q̄ in vſu a veteribus habita minime reperimus: q2 nec pura in eis ⁊ incoꝛrupta apoſtolice fidei regula manſiſſe deprehẽdiť. Papie quoqꝫ ferunť quinqꝫ libri qui attitulatur verboꝛum dominicoꝛũ explanatio hoꝛuꝫ facit ⁊ Hyreneus mẽtionẽ ꝑ hec verba. ❡ Hec aũt ⁊ papias iohannis auditoꝛ policarpi ꝟo condiſcipulus ⁊ ſodalis vir vnꝰ ex antiquis: proteſtať in p̄mo libꝛo ſuo. Quinqꝫ em̃ volumina conſcripſit. Hec quidẽ hyreneus de papia. Ipſe vero de ſe indicat tanqꝫ qui non ab apľis ſed ab eoꝝ diſcipulis ſuſceperit fidem: ꝑ hec ꝟba. Naꝫ pigebit autẽ nos tibi oĩa que quondã a preſbyteris didicimus ⁊ bene retinemus recoꝛdãtes exponere cũ interp̄tationibus ſuis: ⁊ vt ſe eoꝝ ꝟitas habeat explicare. Neqꝫ em̃ multa dicentibus: ſed vera tradentibꝰ auſcultauimꝰ neqꝫ his qui hominum precepta ſed qui domini mandata memoꝛabant ab ip̄a veritate ſuſcepta. Quod ſi quando adueniſſet aliq̃s ex his qui ſecuti ſunt apoſtolos ab ipſo ſedulo explicabar quid Andreas q̄d Petrus dixerit q̄d autem Philippꝰ vel Thomas quid vero Iacabꝰ quid Johãnes aut quid Mathꝰ vel alius qui ex diſcipulis domini: q̄ ve Ariſtion vel iohannes p̄ſbyter ceteriqꝫ diſcipuli dicebant. Hec em̃ tantũ mihi libꝛoꝝ electiones ꝓdeſſe credebam q̄tum viue vocis p̄ſentiſqꝫ magiſteriuꝫ. Sed mihi dignũ videť intẽdere ꝙ ſcđo nomẽ Johãnis enumerat et eũ quideꝫ cuius primo meminit Petro ⁊ Jacobo ac Matheo ceteriſqꝫ apľis ſociat quem ſine dubio ip̄m euãgeliſtã eſſe et apľm ꝯſtat. Aliũ vero Johannẽ diſtinctione quadã facta extra apľoꝝ numeꝝ collat ꝑferẽs ei. Ariſtionẽ quandã ⁊ euidẽter eũ p̄ſbyterũ nominat: vt ꝑ hec comprobeť verum eſſe illud qđ quidã Aſiã ſcribunt ꝙ duo ſint apud Epheſum ſepulchꝛa ⁊ vtrumqꝫ Johannis appellatur. Quibus ſic diligentius intẽdamus foꝛtaſſis ſecundus hic erit Johannes ſi ille non creditur primus ſub cuius nomine reuelatio habetur que appellatur Johannis. Sed ⁊ hic ip̄e de quo nobis ſermo eſt Papias apoſtoloꝛum ſe verba ab his qui ſecuti eos fuerant Ariſtione videlicet ⁊ Johanne preſbytero aſſerit ſuſcepiſſe. Unde ⁊ frequenter nominatim in commentarijs ſuis a Johãne ⁊ ariſtione traditum ſibi de ſingulis quibuſqꝫ commemoꝛat. ❡ Meminit ſane idem ipſe etiam de quibuſdam mirabilibus in opere ſuo que pretereunda nemine cenſeo. Per philippi enim euãgeliſte filias ꝓphetiſſas hec ſibi tradita eſſe deſignat. Moꝛtuũ reſurrexiſſe tempoꝛibus ſuis dicit. Sed ⁊ de Juſto qui cognominatꝰ eſt Barſabas refert miraculũ ingens quia venenuꝫ biberit ⁊ nihil ex hoc triſte pertulerit ꝓpter domini fidem. Juſtus autẽ ip̄e eſt hic qui poſt ſaluatoꝛis aſcenſum a ſanctis apoſtolis cum Mathia ad apoſtolatus ſoꝛtem ſtatutus eſt ſicut in actibus apoſtoloꝛum commemoꝛatur. Dicit autem ⁊

Alia plurima a maiorib⁹ ſibi tradita miracula ⁊ nouas quaſdā parabolas ſaluatoris ⁊ doctrinā incognitam magiſq̨ fabuloſam. Mille annos futuros poſt reſurrectionem quibus corporaliter regnum chriſti in hac terra futurū ſit. Sȝ ego puto eū ſpirituales ⁊ miſticas apoſtolorum traditiones corporaliter ⁊ ſꝫm litteras ſuſcepiſſe nec potuiſſe diſcernere ea que illi ī figuris velut lactātibus ⁊ paruulis loquebantur. Qui ⁊ reuera ēt ex ipſis que cōſcripſit opuſculis exigui ſenſus vir ⁊ minus capacis oſtenditur. Multis tñ poſt ſe eccl'iaſticis viris erroris huius ꝓbuit cauſas auctoritateȝ dogmati tm̄ ex vetuſtate tribuens non etiā ex rōne dictorum ſicut Hyreneo ⁊ ſi quis alius eū in hac parte viſus eſt ſequi. Alia quoq̨ quāplurima ſupra memorati Ariſtionis refert tanq̄ ex v̄bis et domini tradita ⁊ Joannis preſbyteri que ſi quis vult plenius noſcere ipſos eius relegat libellos. Nos tñ illud aſſumemus ex his qđ de Marco euangeliſta his protulit verbis: Etiā hoc inquit preſbyter narrabat qđ Marcus interpres fuerit. Petri ⁊ quecūq̨ meminerit ab eo dicta conſcripſerit. Non tamen ꝑ ordineȝ ea que a domino dicta ſunt vel facta digeſſerit qꝛ non ipſe auditor dñi fuerit vel ſectator ſed nouiſſime: vt dixi petro adeſit ad vſum ac miniſteriū predicandi non ad conſcribendos domini ſermones. Itaq̨ nihil peccauit Marc⁹ in eo quod ita quedam ſcripſerit quaſi qui paſſim audita recordari videatur. Et hoc ſolum ſatis egit ne quid ex auditis omittere aut aliq̄d falſum ſcriberet. Hec de marco ſcribit papias. Sed ⁊ de Mathea ita refert. Mathe⁹ quidē ſcripſit hebreo ſermone. Interpretatus eſt aūt ea que ſcripſit vnuſquiſq̨ ſicut potuit. Hec etiā de Matheo. Utitur ſane idē papias teſtimonijs ex epiſtola Johannis prima et petri ſimiliter prima. Simul ⁊ hyſtoriam quandaȝ ſubiungit de muliere adultera que accuſata eſt a iudeis apud dñm. Habetur autem in euangelio quod dicitur ſcđm hebreos ſcripta iſta parabola. ſed de his iſta ſufficiant.

¶ Explicit liber tertius.

## ¶ Incipit liber quartus.

¶ Capitulū .j. de quorūdam epiſcoporum ſucceſſione ſimul iudeorum contra gentiles ſeditione.

DUodecimo anno principat⁹ traiani Ceſaris credo quem pauloante memorauimus Alexādrinorū gubernare plebē die obijt. Poſt quē quartus ab ap'lis. Prim⁹ noīe ſacerdotij inibi iura ſuſcepit. Eadē tēpeſtate alexander quoq̨ rome cū octauū annū. Euariſtus ſacerdotalis adminiſtratiōis ipleſſet: quinta ſucceſſione poſt petrum atq̨ paulum plebis gubernacula ſortit⁹ eſt. Et quidem ſaluatoris noſtri inſtitutio eccleſiarūq̨ profectus creſcebat indies Judeorum porro funera dēſiſſimis cladibus exagitabantur. ¶ Itaq̨ poſtq̄ preditus imꝑator annū octauūdecimū principat⁹ ingreſſus eſt rurſus iudeoꝝ tumultos exarſit. Quo magn⁹ mox numerus gētis eius occubuit. Nā ⁊ alexādrie ⁊ per egyptū vel cirenē tanq̄ atroci quodā ſeditioſoq̨ ſpiritu exagitati. ꝑmo ſimul cōmanentibus viciniſq̨ gentibus inferre certamīa. Tū deinde paulatim ſeditiōe creſcente ſequēti iam anno bellū publicū ⁊ nō minimū intulere. Romano duci tūc lupo cuidā in partib⁹ egypti: ac ſane ꝑmo ꝓlio iudeos ſecuta victoria eſt. Sed gentiles qui ex acie fugerant irrumpentes alexādriā iudeos ſi quos forte inibi repererūt captos interimere. Quoꝝ auxilio deſtituti reliq̄ qui apud Cyrenē rebelles extiterāt velut deſperantes ad agros Egypti ⁊ caſtella vaſtanda vertunt̄ duce luca. Aduerſus hos imperator mittit cū exercitu peditū atq̨ equituȝ ſed ⁊ nauali manu: martium turbonē. Qui multis ſane prelijs nec paruo tp̄e cōſumptis multa milia iudeoꝝ nō modo apud cyrenem: ſed ⁊ in egypto qui luce auxiliū ferebāt proſtrauit ac pertulit.



¶ Capitulum .ij. qualia ſub traiano paſſi ſunt iudei.

PRinceps vero manus etiam eos q̄ apud meſopotamiā conſiſtebant iudeos rat⁹ ſimilia auſuros. Lutio quieto ꝑcipit de lere ꝓuinciā fundit⁹ ac totam gētē penit⁹ excidere. Tū ille directa acie magnā eorū multitudine ſternit. Cuius facinoris gratia quiet⁹ remunerationis viceȝ ab imperatore ꝓuincie iudee adeptus eſt preſidatū. Sed hec etiā grecoꝝ gentilium hyſtoriographi ꝑ ſingulas quaſq̨ etates eodē ordīe memorie tradiderūt.

¶ Cap̄ .iij. qui ſub adriano fidei defenſiones ſcripſerint.

TRaiano autē viginti annis minimis ſex menſib⁹ principatu perfuncto. Heli⁹ hadrian⁹ in ſceptra ſuccedit. Huic q̄drat⁹ orōne ſplēdidiſſima apologeticū librū pro nr̄a legione cōſcriptū ⁊ validiſſimis cōmunitū aſſertionibus obtulit. Qm̄ quidē maligni quidem hoīes ſub eodeȝ principe noſtros nitebantur inceſſere. Qui liber hodieq̨ ſeruat̄ ⁊ apud nos ⁊ apud multos ex fratrib⁹ noſtris. Ex quo volumine inditia magni cuiuſdā viri ⁊ mentis ac fidei ap'lice eius ſcȝ qui cōſcripſerat colligunt. Idē igitur ipſe ſue antiquitatis ſpecimē talib⁹ exprimit verbis. Noſtri aūt ſaluatoris inquit opera ſemper aderant viua ⁊ vera in his q̄ ſanati fuerant ⁊ in his q̄ a mortuis excitati ſunt. Non em̄ viſi ſunt tātūmodo vel reſurgere vel ſanari: ſed perpetuo ab hoībus videbant̄ nō tm̄ ſaluatore ꝑſente ſed et poſt diceſſum eius multis tp̄ibus ita vt aliquāti qui ab eo vel curati vel reſuſcitati ſunt etiā ad noſtra vſq̨ tp̄a ꝑdurarint. Et de hoc quidē ſatis dictū. Sed ⁊ ariſtides vir fidelis ⁊ pietate noſtre religionis imbut⁹ quadrato ſimile volumē ad adrianū pro fidei noſtre rōne conſcripſit: cuius etiā nunc ſcripta ſeruantur.

¶ Capitulum .iiij. de epiſcoporum alexandrinorum ⁊ hieroſolymorum ſucceſſione.

TErtio autem eiuſdē principat⁹ anno alexander ep̄s romane vrbis ſacerdotiū ſimul ac vitā finiunt decennio expleto. Huic ſubrogat̄ ſixtus. Sed ⁊ alexādrie eodē tp̄e defuncto. Primo duodecimo ſui ſacerdotij anno ep̄atū. Juſtus excepit. In hieroſolymis ſane ep̄oꝝ tempora ſucceſſioneſq̨ nullis ad integrū monumētis ꝯſeruata reperimus eo ꝙ valde ad breue tēpus mortis celeritate ꝑcepti ſacerdotio ſinguli quiq̨ functi perhibeant̄: ita vt quātū ex veteruȝ lectione comperio ad tp̄a vſq̨ principis hadriani ſub quo iudei excidium paſſi ſunt: tradant quindecim ep̄oporꝝ ſucceſſiōes eē decurſas. Quos oēs aiunt hebreos antiq̄ originis extitiſſe ⁊ ſcientiā xp̄i fideliter recepiſſe. Et ideo incunctanter ab his qui poterant de fidei merito iudicare ſacerdotio q̄ȝ viſos eſſe digniſſimos: quippe cū omnis tūc eccleſia ex hebreis fidelib⁹ coaceruata firmataq̨ videret̄ incipientibus ab apoſtolis ⁊ ꝑdurātibus nimirū vſq̨ ad illud tp̄s excidij quo iudei iterū deficiētes a romanis magnis rurſuȝ ꝓlijs ſubiugati ſunt. Igitur qꝛ per idem tp̄s aſſumere ep̄os ex circūciſione ceſſatū eſt: neceſſarium videtur omnes a primo vſq̨ ad id tp̄s enumerare pariter ſacerdotes. Prim⁹ itaq̨ iacob⁹ qui dñi frater eſt habiturus. Poſt hunc ſymeō electus eſt. Tertius iuſtus zache⁹ quart⁹. deinde thobias quint⁹. Beniamini ſext⁹ ac ſeptimus iohannes. Tum mathias: quē philippus excepit. Cui decimus ſeneca ſubrogat⁹ eſt. Juſtus exinde: ac duodecimus leui. Poſt hunc effreni: ⁊ quartuſdecimus ioſeph. Ac finis oīum iudas. Iſti ſunt fere oēs qui hieroſolymi ep̄i ab ap'lis ad illa vſq̨ tempora q̄ ſuperi⁹ deſignauimus plebi illi ex circūciſione prefuerūt. ¶ Rome aūt duodecimo anno memorati principatus. Sixto duodecim annis eccleſie gubernaculis functore theleſphorus ſeptim⁹ ap'lis ſubrogat̄. Anno poſt quē ⁊ vno mēſe alexādrine eccleſie moderamē cumene⁹ ſexta ſucceſſione ſuſcepit: cū deceſſor eius

vndecim annis populo prefuiſſet.

¶ Cap. v. nouiſſimum iudeorũ ex-
cidium ſub adriano.

VErum iudai-
cis motibus ac factionib⁹
rurſus ad maiora ꝓgreſſis
rufus iudee preſidens ar-
mata manu ſibi ab imꝑatore decreta: in
ſolentiã gentis acerrime cõprimebat:
multa milia paſſim virorũ feminarum
puerorũq; conficiens: quorum terras
iure belli: romano vendicabat imperio.
Tꝑe quo iſta gerebãt: ducebat exerci-
tum iudeorũ Barchochadas quidam
qđ nomen ſignificat ſtellam: ceterũ vir
crudelis et ſceleſtus. Sed ex vocabulo
ſuo velut vilibus mancipijs perſuade-
bat: ſe ob ſalutẽ eorũ ſidus magnũ celit⁹
eſſe delapſum: egris mortalibus longa
obſcuritate damnatis ferre lucis auxi-
liũ. Igitur cum maxime belli huius fo
menta cõcreſcerẽt: octauodecimo anno
principatus eiuſdẽ: apud bethara oppi
dum preualidum hieroſolymis vicinũ:
cum longiora romanis tenderetur obſi
dio: fame ac ſiti perduellib⁹ intrinſecus
ad extremũ internitionis adductis poſt
ꝙ dux ipſe precipue meritas ſuo facino
re penas luit: omnis hec natio iã ex illo
ab omni regione finitima hieroſolimo-
rũ penitus arcebatur cũ ſanctione diui
ne legis: tum maxime cõſtitutionibus ꝛ
decretis Adriani ita vt ne de celſiori q̃-
dem proſpectu: eminꝰ eis ſaltẽ pater-
nũ ſolũ prophanis obtutib⁹ liceret in-
ſpicere. Ariſtopelleus hyſtoriograph⁹
iſta proſequitur. Ita factum eſt: vt ciui-
tas poſt interitum iudaice gentis inco-
lis mox in eam peregrine nationis con
fluentibus permutatis ciuib⁹ etiã ipſa
helia appellaret̃: ex cognomento impe
ratoris heli. Adriani. Et vt in romano
rũ ius tota conuerſari tum pariter mu-
taret ac nomen.

¶ Cap. vj. de pſeudo ſcriptorib⁹ ꝛ apo-
ſtolis quos hiſdẽ tꝑib⁹ demõ excitauit.

IGitur ex gentib⁹
vt inibi cepit eccleſia ꝯgregari: primus
poſt eꝑos ex circũciſione: ſacerdotiũ ci-
uitatis illius accepit marcus. Cũq; iã
refulgentibus in modũ clariſſimorũ ſi-
derum eccleſijs vbiq; terrarũ vigente
etiã ꝑ omne genus hoim̃ fide: qua cun
cti pariter in ſaluatorem ac dominum
noſtrum ieſum xp̃m: integre ꝛ cõſtanter
crediderant: ille totius bonitatis emu-
lus demon: vt pote veritatis inimicus:
ꝛ ſalutis humane hoſtis perpetu⁹: oĩa
molimina cõtra deũ eccleſiã verſans: q̃
pri⁹ exteri⁹ eam perſecutionib⁹ ꝛ hoſti-
lib⁹ oppugnauerat: nũc malignis qui-
buſdã viris ꝛ deceptoribus repertis in
teſtino bello eã quatere nitit̃. Scilicet
vt fraudulanti fallaceſq; homines: no-
ſtre religionis ſimulato tantum nomi-
ne induti: fideliũ quidẽ ſi quos forte per
ſuaſionis ſue fraude deciperent peſſun
darent ignorãtes vero fidei noſtre mi-
ſterium: peruerſis ꝛ feralib⁹ ſuis geſtis
vel aſſertionib⁹ impeditos a deſiderio
vere fidei ꝛ ſalutis longius ſummoue-
rent. Igit̃ humani generis deceptor an
tiquus poſt menandrũ quẽ ſupra retuli
mus ſymeonis ſucceſſorẽ velut quandã
beſtiã bino ore ſibilãtẽ biniſq; linguis
diabolica venena vibrãtẽ. ſaturbiũ quẽ
dã antiochie gentiũ ꝛ baſilidem alexã-
drie ortũ produxit. Quorum vterq; ſuis
in regionib⁹ officinas impie ac deo inui
ſe ꝯdidit diſcipline. Et quidem in oĩbus
pene ſaturniũ eadẽ que menandrũ ꝯmẽ
tatũ eſſe ſignificat hyreneꝰ. Baſilidem
vero ꝓtextu iuſtitie doctrine immẽſum
tetẽdiſſe mẽtis ĩpie cogitatũ dũ ꝓdigio
ſa fabularũ figmẽta ſibimet ꝯplacerẽt.

¶ Cap. vij. de ſcriptorib⁹ eccleſiaſti
cis qui ea tempeſtate claruerunt.

SEd ecõtra mul-
ti ad-
modũ eccleſiaſtici viri pro
ꝟitate fortiter ſtare: ac ſcri
ptis quoq; ꝛ aſſertionibus
ꝟa rõne ſubnixis ꝑ ap̃lica ꝛ eccl̃iaſtica
traditiõe certare vt ex librorũ monumẽ-
tis ẽt poſterĩ ad cauẽda hereticorũ vene
na munimẽ ꝛ ſubſidiũ ꝓberet̃. E quib⁹ pue
nit ad nos liber celeberrimi ſcriptorĩ ei⁹
tꝑis agrippe caſtoris ꝯfutationem baſi
lidis validiſſimã ꝯtinẽs ꝑ quẽ ꝟſutia ꝛ
calliditas viri ad decipiẽdũ nimis apta



detegitur. Deniq; cũ publicaret ei⁹ ar-
chana dixit eũ de euãgelio quidẽ quat-
tuor ꝛ viginti cõmentarios condidiſſe.
Prophetas ꝟo ſibimet nũcupaſſe quoſ-
dam barchabani: ꝛ barchob alioſq; qui
nunq̃ extiterunt. Quos ipſe tñ cõſtitue
rit ſibi ac barbarĩ vocabulis vt eſſet ap
pellatio ipſa terribilis nominarit. Do-
cere etiam eũ refert: ĩmolata abſq; vllo
reſpectu conſcientie deguſtanda ꝛ ſine
ſcrupulo atq; indifferenter fidẽ negan-
dam perſecutiõis tꝑibus. Sectatoreſq;
ſuos ad mortem pythagoricum docuit
quinquẽnio ſilere. Addit alia quoq; nõ
pauca quib⁹ ſecte huius errorem peni-
tus a ſe deprehenſum ꝛ cõfutatum eſſe
declarat. ¶ Sz ꝛ hyreneus ſcribit coeũt
tꝑe ꝛ moribus memoratorũ fuiſſe carpo
cratẽ quendã ſuperſtitionis alteri⁹ qui
gnoſtici appellant̃ vocabulo ab ſcientia
cõficto auctorẽ q̃ ſane ꝓſtigiã ſymonis
magi non vt ille clã. ſed publice ac palã
tradebat: ꝛ velut pro ſummis atq; opti
mis ſtudijs laudẽ cõfeſſam ac publicã
de nefarijs artib⁹ a deceptis auditori-
bus reqrebat ꝛ magicas tenebras ĩ luce
publica perorabat. De amatorijs dũta
xat ſõnijſq; ĩmiſſis a demonijs ꝑ perhac-
dris alijſq; ſit̃ibus fraudibus. deq; his
cõſequẽter doceri oportere oẽm hoiem
dcernebat q̃ ad ꝑfectionẽ ſui miſterij vl̃
potius ſcelerĩs cuperet peruenire: aſſe-
rens nõ aliter vnũquẽq; effugere poſſe
mundi hui⁹ principes vel declinare niſi
per huiuſcemodi facinora ſua cuiq; ne-
faria debita ſoluerentur.

B ¶ His igitur ille totius boni emu
lus vtẽs ſue malignitatis miniſtris tã
eos q̃ poſt fidẽ ab his decipiebãt̃ rapie
bat ad tenebras ſempiternas ꝙ alios q̃
necdũ crediderant (tãq̃ hec eſſet noſtre
religiõis infamia) ſummonebat a fide:
dũ ob execrabilẽ horũ hoim̃ vitã ipſam
xp̃ianorũ profeſſionẽ audiẽs quiſq; vita
ret. Nec aliũde tunc ſuſpitio de nobis
tanq̃ de vere impijs et inceſtis fuerat
exorta qua aſſereret̃ illicitĩ plebẽ noſtrã
ſtupris ꝛ ꝓmiſcue habitis in matribus
ac ſororibus pollui atq; execrãdis ĩfan
ticidijs dapibus funeſtari: ſz nõ in lon
gũ durauit infamia vbi ſeipſa cepit ve-
ritas aperire. Quinimmo et clarius ac
ſpẽdidi⁹ illuſceſſente vita noſtrorũ ex-
tinguebatur cõtinuo ſupertitioſi caligo
figmenti. Et ſingulis quibuſq; ſectis q̃
aduerſum veritatẽ exorte fuerãt euane
ſcẽtibus vel in multifidas ac multifor-
mes ſpecies diffluẽtib⁹ ꝓficiebat ꝛ ex-
tollebat̃ indies ſolus vere et catholice
eccleſie ſplendor nulla tẽporũ varieta-
te fucatus: q2 caſtimonia ſui ac puritate
ꝛ diuine conuerſationis gloria ꝑ omne
genus hominũ ſapientia: doctrina: fide:
ꝛ actibus refulgebat. Etenĩ ipſo confe-
ſtim tꝑe quo ceperat opprobrij huius
flãma reſtincta eſt. Permãſit aũt apud
ſingulorũ mentes veritas que ſuis ſem
ꝑ viribus nitens cõuincit ꝛ arguit falſi
ſitatẽ nec paſſa ẽ adulterino maledicto
rũ fugo eccleſie caſtitatẽ pudicitiãq; la
cerari. In tantũ vt ex illo ad noſtra vſq;
tꝑa nullus tam ſeue mentis extiterit q̃
honeſtatem ꝛ caſtimoniã plebis noſtre
ore ſacrilego cõcinnatis macularet op-
probrijs. Sed ad romanos ꝛ ad grecos
ad ſchytas ꝛ barbaros ꝛ ad ipſas pene
in vltimis orbis partib⁹ recõditas na-
tiones in tm̃ ſuauis odor de eccleſie ge-
ſtis ꝛ diuinum quidã reſpirãs ſancte cõ
uerſationis aura peruenit: intm̃ ad au-
res oim̃ ac mentes felix xp̃ianorum fa-
ma peruecta eſt: vt omne hoim̃ genus
legibus et ſuperſtitionibus patrijs de
relictĩ ad fidẽ ſe cõuertere xp̃i. Omniſq;
barbaries genuina feritate depoſita ad
ieſum xp̃m concurreret: ꝛ diſceret ab eo
q2 mitis eſt ꝛ humilis corde.

C ¶ Extiterunt preterea ꝑ diuinam
gratiã viri ea tempeſtatẽ eruditiſſimi: q̃
ꝓbabiliter ꝛ ſufficienter obſcena hereti
corũ cõmenta conuincerent ꝛ quid vera
fides in eccleſia catholica caſtitatis ha
beret oſtenderent. In quibus egeſipp⁹
celeberrimus habebat̃: qui ĩtegerrimã
traditionẽ apoſtolice predicatiõis ſim-
plici ſermone conſcriptam in quinq; li
bris memorie tradidit. Ubi et de ſuis
ipſe temporibus aliquãta commemo-
rat ꝛ de quibuſdã qui ſimulachra colla-
uerãt talia quedã ſcribit. Quibus inq̃t
templa immo potius ſepulchra fecerũt
ſicut etiã nunc videmus. Ex quibus c

vnus antinous ſeruus adriani ceſaris
cui agones annui celebrant qui anti=
noij appellantur noſtris adhuc tempo
ribus inſtituti. Nam ⁊ ciuitatem condi
dit eius nomini antinorum. ⁊ tēplū ei ⁊
ſacerdotes inſtituit ac ꝓphetas. Sȝ et
iuſtinus fideliſſimꝰ noſtre philoſophie
ſectator ⁊ in grecorū diſciplinis erudi-
tiſſimꝰ ſcribens ad antoninū. Apologe
ticū ꝓ noſtra religione librū horꝫ me-
minit ita dicēs. Non mihi videt abſur
dum meminiſſe in his etiam de anti=
no. qđ nuper geſtum eſt: quē oēs timo=
re principis quaſi deū colere ceperunt.
Cū bene nouerint quis qualiſue paulo
ante fuerit ⁊ vnde duxerit genus. Idē
quoqꝫ ipſe etiā iudaici belli qđ tunc ge
rebat memoriam faciens talia quedā
refert. Etenī in hoc qđ nūc gerit iudai=
co bello barchochabas princeps iudai
ce factionis chriſtianos ſolos niſi nega
rent chriſtum tanqꝫ blaſphemos ad ſu
plicia rapi iubebat. In quibus libris ēt
de conuerſione ſua quam habuit a gen
tili philoſophia ad vere religionis fi=
dem: ꝙ non abſqꝫ ꝓbabili ratione ⁊ exa
minato iudicio ad hec cōuerſus ſit hoc
modo ſcribit. Nam ⁊ ego ipſe inquit ſe
ctis platonicis inſtitutus: audiēs infa
mari chriſtianos: ⁊ videns eos in paui
dos ad ſuſcipiendaȝ mortē: atqꝫ omne
ſuppliciū tolerandū conſiderabam ꝙ
impoſſibile eſſet malicia eos ⁊ in libidi
ne conuerſari. Quis enim aliquādo vo
luptuoſus ⁊ luxurijs deditus. ⁊ qui hu
manis carnibus veſci delicias putet:
mortē libēter amplectitur qua ſcȝ ipſa
confeſtim careat pro qua infamari ma
luit voluptate. Quinimmo viuere per
petuo ſi liceret ⁊ lateret iudicia: in hoc
magis operam daret: nedū ſemetipſuȝ
ſtatute ad profeſſe morti ſtuderet offer
re. Sed et idem ipſe vir ſcribit Adria=
nū principem: ſuſceptis a ſerenio gra=
tiano clariſſimo viro preſide litteris in
quibus de chriſtianis percontabatur
reſcripſiſſe: ꝙ non eſſet iuſtum chriſtia
nos nullꝰ criminis reos abſqꝫ iudicio
legibuſqꝫ puniri. Simul ⁊ exemplum
epiſtole ipſius ſubijcit continētis hūc
modum.

¶ Capitulū. viij. de Epiſtola Adria
ni que perſecutionem in noſtros pa
rumper repreſſit.

Exemplū epi-
ſtole imperatoris Adria-
ni ad minutiū fundanium
pro cōſulem Aſie Accepit
litteras ad me ſcriptas a deceſſore tuo
Serenio gratiano clariſſimo viro: et
nō placet mihi relationē ſilētio ꝑterire
ne innoxij ꝑturbentur et calumniato-
ribus latrocinandi: tribuatur occaſio.
Itaqꝫ ſi euidēter ꝓuinciales huic peti
tioni ſue adeſſe valent aduerſum xpia-
nos vt pro tribunali eos in aliquo ar-
guāt hoc his exequi non ꝓhibeo. Pre
cibꝰ aūt in hoc ſolis ⁊ acclamationibus
vti eis nō ꝑmitto. Etenī multo equius
eſt ſi quis volet accuſare: te cognoſcere
de obiectis. Si quis igitur accuſat et
ꝓbat aduerſum leges qcqꝫ. ageret me
moratos hoīes ꝓ merito peccatorum
etiā ſupplicia ſtatues. Illud me hercle
magnopere curabis vt ſi qs calūnie grā:
quēqꝫ horꝫ poſtulauerit reū in hunc ꝓ
ſui neqtia ſupplicijs ſeniorībꝰ vīdices.

¶ Capitulum nonum de ſucceſſio=
ne quorundam epiſcoporum Ro=
me ⁊ Alexandrie.

Verum adria
nus poſt hec viceſimo pri
mo anno ſui principatus
diē obijt. Et antoninus co
gnomento pius romanuȝ ſuſcepit im-
perium. Huiꝰ primo anno Teleſepho-
rus annis vndecim ſacerdotio in vrbe
roma amminiſtrato vita deceſſit: et hi=
ginus epiſcopatus ſortem romane ſu-
ſcepit eccleſie. Veruntamen hyreneus
refert Teleſephorum martyrio vitaȝ fi
niſſe: ſimul indicans higini epiſcopi
tēporibus: Valentinum auctorem valē
tiniane hereſis extitiſſe: ⁊ cerdoneȝ quē
dam erroris illius principem: quem po
ſtea Martiō ſecutus eſt. eoſqꝫ vno tem
pore rome: ſed ⁊ diuerſis imperātibus
aſſeruiſſe. Scribit autem ita.

¶ Capitulum decimum. de quibuſdaȝ
pſeudo apoſtolis.





Iam valentinus
venit romā ſub higino. Inualuit
autē temporibus Pij ⁊ ad anicetū vſqꝫ
durauit. Credo vero: qui ante marcio=
nem fuit: ⁊ ipſe ſub igino: qui erat in vr
be roma ab apoſtolo nonus epiſcopus
venit. Qui tamen aliquando quidem
quaſi penitens ⁊ errorem confitens ex=
cuſabat: aliquando rurſum occulte: in
terdum etiam publice impietatem do
cebat. In quo conuictus: a cetu frater
nitatis arcetur. Hec aūt dixit hyreneꝰ
in tertio aduerſus hereſes libro. In pri
mo autem libro nihilominus de cerdo
ne hec dixit. Credo vero a ſectatoribꝰ
ſymonis impietatis ſue occaſionibus
ſumptis romam venit ſub higino: ibi=
qꝫ docuit ꝙ is q̄ a lege ⁊ ꝓphetis pre=
dicatus eſt deus. non eſſet ipſe pater
dn̄i noſtri ieſu xp̄i. Quia ille quidē no=
tus eſſet: hic autem ignotus eſt. Et ille
iuſtus: hic autē bonus. Cui ſuccedens
marcion ponticus abſqꝫ reuerētia vlla
blaſphemans: auxit doctoris inſanieȝ
idē quoqꝫ: ipſe hyreneus immenſum ꝓ
fundū. Valentini erroris de materia et
ceteris validiſſime coarguit. Et ſerpē=
tis in modū cecis ſemetipꝫ latebris ob
tegentem in luceȝ ꝑtrahit ac denudat.
His adiūgit ⁊ de marco quodam queȝ
dicit magis artibus imbutū apprime
enituiſſe. De cuius prophanis ſupſtio
nibus ⁊ archanis nō tā ſacris qꝫ ſacri=
legijs ⁊ miſticis miſterijs ita ſcribit. Et
enī quidam eorum thalamū ꝯſtruūt et
nefariū quoddā initiandi celebrant ge
nus tanqꝫ ſecretis qbuſdā carminibus
ac verbis: non tam ſacris quam execra
bilibus eum qui introducitur cōſecran
tes. Spirituales nuptias aiunt eſſe q̄
faciunt: inſtar videlicet ſupnarum con
iugationum. Adducentes vero eos ad
aliquam aquam et baptizantes, hec ſu
per eos proferunt verba. In noīe aiūt
ignoti patris omnium: ⁊ in veritate om
nium matre: ⁊ in eo qui deſcendit in ie
ſum. Alij ꝟo hebraica nomina ad pa=
uorē audiētiū ſup eos quos initiās ter
ribiliꝫ obloquunt. Hec de ſectatoribus
Marci hyreneus ſcribit.

B ¶ Quarto aūt epiſcopatꝰ ſui anno
cuȝ deceſſiſſet higinus romane eccleſie
ſacerdotium Pius ſuſcepit. Apud ale
xandriam vero Marcus: tertiodecimo
anno ep̄atus ſui eumenide defuncto.
Qui Marcus cū decē annis ſacerdotiū
miniſtraſſet. Celadioni poſt obitū ſuuȝ
eccl'ie gubernacula dereliquit. Pius ꝟo
in vrbe roma quindecim annis in ſacer
dotio expletis Aniceto poſt ſe tradidit
ſedē. Cuius temporibus egeſyppus re
fert ſemetipſum romam veniſſe. ⁊ per=
manſiſſe inibi: vſqꝫ ad eleutherij q̄ poſt
Anicetum ſubrogatus eſt epiſcopatū.
Quibus temporibus ſimul florebat iu
ſtinus in habitu philoſophi. diuinum
predicans verbum: et fidei noſtre ratio
nem tam ſcriptis voluminibus qꝫ viue
vocis aſſertione defendens. Qui et ad
uerſum martioneȝ ſcribens commemo
rat de eo ꝙ adhuc ſupereſſet eo tempo
re quo ſcribebat. Deniqꝫ ita ait. Mar=
cion ꝟo quidam ponticus qui hodieqꝫ
ſupeſt: docet hoīes alium credere eſſe
deum: maioreȝ conditore deo. Hec ille
hominibus ingerens: ⁊ demonibus ad
iutoribꝰ vtens: multis blaſphemare ꝑ
ſuaſit. vt negarent creatorē oīm deum
ipſum eſſe patrē chriſti: ſed aliū quen=
dam qui quaſi maior hoc eſſet ⁊ tn̄ oīm
nes ſectatores eiꝰ xp̄iani appellantur.
Ita nimirū ſicut oēs cōi vocabulo cum
diuerſe ſint ſecte philoſophi nuncupan
tur. Sȝ ⁊ poſt pauca nihilominus dicit
Eſt autē ⁊ nobis liber aduerſus oēs
hereſes compoſitus: quem ſi vultis de
currere dabimus.

¶ Cap. xj. de iuſtini defenſione.

Hic autē ipſe
iuſtinꝰ ſcribit etiā ꝯ pa
ganos volumē inſigne.
Sȝ ⁊ alios libros ꝓ no=
ſtra religiōe: in qbus ad
Antoniū principē q̄ cognominatus eſt
Pius: ſermonē dirigit Scribēs ⁊ ad ſe
natū, In vrbe etenī roma maxime ꝯſiſte
bat. Deniqꝫ in vno ex his libris: ēt de
ſemeipſo volēs qs vel vn̄ eſſet oſtendere

hoc mō ſcribit. Imꝑatori elio adriano Antonio pio Ceſari auguſto ⁊ veriſſimo philoſopho: ⁊ lucio philoſophi: ceſaris ꝓprio filio ac pijs adoptiuo amatori ſapiētie ⁊ ſacro ſenatui atq; oī pplo romano ꝓ viris ex omni genere hoim ꝯgregatis: ⁊ iniuſto alio laborantibus ac non digna patiētibus. Iuſtin⁹ priſci filius bacchiadis ex vrbe ne apoli paleſtine: vn⁹ ꝓ omnib⁹ defero poſtulatū. Sed ⁊ interpellat⁹ idem imperator in aſia ab ijs q̄ vario iniuriarū genere affligebātur: tale reſcriptū ad vniuerſos Aſie populos ꝓmulgauit.

¶ Cap. xij. epiſtola ceſaris Antonini ad aſianos ꝓ defenſiōe noſtrorum.

IMperator ceſar marcus aurelius antoninus auguſtus armenic⁹: pōtifex maxim⁹ tribunitie poteſtatis quindecies: cōſul tertio vniuerſis ſimul plebibus aſie ſalutē. Ego quidem nō ambigo etiā ipſis dijs cure eſſe ne quis noxius lateat. Multo em̄ magis ipſis cōuenit punire eos qui ſibi immolare nolunt q̄ vobis. Sed vos cōfirmatis eorum quos perſequimini ſententiam quam de vobis habent dicentes vos impios ⁊ ſine deo eſſe. Unde ⁊ optabili⁹ habent: ⁊ animā ponere ꝓ deo ſuo: ⁊ mortē libenter amplecti: q̄ vobis talibus acquieſcere ⁊ in veſtre religionis iura cōcedere. De motibus autē terre qui vel facti ſunt: vl' etiā nūc ſunt abſurdus non erit merorem vr̄m iuſta commotione ſolari. Quoniam q̄dem comperi q in huiuſcemodi rebus ad illorum inuidiam communes caſus transfertis: in quo illi quidem maiorem fiduciam accipiunt apud deum. Uos autem in omni tempore quo de talibus ignoratis, ceteros quidem deos negligitis. Cultum vero immortalis dei: quē chriſtiani colunt expellitis et deturbatis: vſq; ad mortem cultores illius obſeruantes pſequentes. Sup q̄bus plurimi ex prīcipijs iudices: etiā venerabili patri noſtro ſcripſerant. Quib⁹ reſcriptū eſt ab eo: vt nihil oīno moleſtie huiuſcemodi hoībus generarēt niſi forte arguerent aliqd aduerſum romani regni ſtatutū moliri. Sed ⁊ mihi ipſi de his quam plurimi retulerūt. Quib⁹ ego paternam ſecutus ſententiam pari moderatione reſcripſi: vt ſi q̄s pſiſtit huiuſcemodi hominib⁹ abſq; vllo crimine mouere negocia: ille quidē qui delat⁹ ꝓ hoc noīe fuerit abſoluatur et ſi ꝓbatur id eſſe quod ei obijcitur xp̄ianus is autē qui crimen obtendit: reus pene ipſius quā obiecit exiſtat. Propoſita epheſi publice in conuentu Aſie.

¶ Cap. xiij. de policarpo apoſtolorum diſcipulo.

HEc ita geſta eſſe teſtantur etiam Melito ep̄s eccl'ie Sardēſis in eo libro, quē ad imperatorem A Uerū ꝓ fide noſtra ac religiōe cōſcripſit. Qua tēpeſtate etiā Aniceto romane eccleſie pſidente: Policarpū romā veniſſe atq; habuiſſe ſermonē cum ipſo Aniceto de paſche die: Hyreneus refert. Sed ⁊ alia quedā de eodē Polycarpo ſcribit, q̄ mihi dignū videt corpori huic nr̄e narrationis inſerere. Tertio igit libro aduerſus hereſes: hec de eo cōmemorat Hyrene⁹. Policarp⁹ inqt qui nō ſolū ab apoſtolis erudit⁹ eſt neq; ſolū ꝯuerſatus eſt cū ijs q̄ dn̄m viderāt ſz ab ipſis ordinat⁹ eſt. Smyrneorum eccle ep̄s, Quē nos quoq; i pria etate noſtra vidimus. Diu etem̄ pmanſit in vita ⁊ longeua etate ꝑdurans: nobilis viuēdo ſed ⁊ moriendo nobilior extitit: qppe q̄ vitā martyrio terminauit. Docebat autē ſemp ea q̄ a b ap'lis ipſe didicerat ⁊ eccleſie hec tradebat q̄ ſola vera ducēda ſunt. Quorum teſtes ſunt omnes eccleſie que in Aſia conſtitute ſunt vſq; per tēpus etiam nunc in Polycarpi ſucceſſione ꝑdurant. Multo aūt verior et fidedignior: hic autor eccleſie eſt ⁊ veritatis teſtis: q̄ valētinus ⁊ Marciō ceteri puerſe mētis hoīes. Qui et ſub Aniceto romā prexit: ⁊ multos ex ſupradictis hereticis ad eccl'iam dei conuertit Hāc ſolā pdicans tenēdā eſſe veritatē quam ipſe ſciret ſe ab ap'lis ſuſcepiſſe quā ⁊ tradebat eccl'ie. Et ſunt adhuc q̄



nunc qui audierunt ab ipſo: q̄ Iohannes apoſtol⁹ diſcipul⁹ dn̄i apud Epheſum cum balneas lauādi grā fuiſſet ingreſſ⁹: ⁊ vidiſſet ibi Cherinthū exiluiſſet cōtinuo ⁊ diſceſſiſſet nō lotus dicēs Fugiam⁹ hinc ne ⁊ balnee ipſe corruāt in q̄bus cherinth⁹ lauat veritatē inimicus. Idē etiā policarpus Marcioni aliq̄n cū occurriſſet dicēti ſibi agnoſce nos Reſpondit. Agnoſco primogenitū Sathane. Tanta tunc apoſtoli atq; eorum diſcipuli in religiōe cautela vtebantur vt ne verbi quidem communionem cū aliqui eorum qui a veritate deuiauerant habere paterentur. Sicut ⁊ paulus dicit. Hereticum hominem poſt vnā et alteram correptionem deuita: ſciēs quia peruerſus eſt huiuſcemodi ⁊ peccat: cum ſit a ſemetipſo damnatus. Extat et epiſtola Polycarpi ad philippenſes ſcripta perualida. Ex qua formam fide eius ac predicationis, ſi quis forte ſalutis ſue ſollicitudinē gerit capere pōt. Hacten⁹ Hyrene⁹. Polycarp⁹ vo in ipſa ep'la quā ad Philippen. ſcripſerat vtit teſtimonijs de pria petri ep'la.

ſtola ſua quā ad caricuꝫ et
ponticuꝫ ſcribit de hac ipſa hereſi poſt
aliquāta hoc dicit. vt aūt etiā hec ſciat̄
ꝙ iſta q̄ nunc noua ꝓphetia vel potius
execratio noua proceſſit ab oī fraterni-
tate q̄ in vniuerſum modū eſt reſpuit̄ et
refutat̄ tranſmiſi vobis claudij apolli-
naris ierapolitani Aſie ꝓuincie epi lit-
teras quibus de his plenius inſtruami-
ni. In hac aūt ip̄a ſerapionis ep'la ſub-
ſcriptiones etiā quorūdā epoꝝ ⁊ mar-
tyrum cōtinent̄. Ex quib⁹ vnus hoc mō
ſcripſit. Aurelius Cyrin⁹ martyr opto
vos bene valere. Alius quoqꝫ hoc mō
Aurelius publi⁹ iulius a debeltho cole-

nia tratie ep̃s. Uiuit deus in celis; quia beatus ſophas q̃ eſt in anchialo voluit demonē priſcille eijcere: ſed adulatores eius non permiſerunt. Sꝫ ⁊ multoꝝ ſimul ep̃oꝝ eadē declarantium ſubſcriptiones ſupradictis litteris inherebāt. Uerum de his ſatis dictum.

¶ Cap. xix. de quibuſdā libellis hyrenei ⁊ quomodo mores ⁊ actus policarpi explicat.

PEr idem tempus in vrbe roma diuerſis nihilominus nouitatibꝰ ꝑ nõnullos regula traditiõis eccleſiaſtice vexabat̃. Pro quibꝰ hyreneus ad diuerſos ſcripta prorogauit. Extat igitur vnus eiꝰ libellus q̃ ſuperſcribit̃ ad blaſtum de ſciſmate. alius ad florinum de monarchia ⁊ ꝙ nõ ſit deus maloꝝ creator. Hoc em̃ ſupradictꝰ vir videatur aſſerere. Qui tñ poſtea in errorem deuolutus eſt Ualētini. Scribit autem idē hyreneus ⁊ de ogloade librum in quo ſignificat cõſecutū ſe eſſe quoſdā ex ſucceſſoribus ap̃loꝝ cuius libelli ſubſcriptionem ſatis eleganter affixaꝫ his inſerere dignū duxi. Adiuro te inq̃t qui trāſcripſeris librū hunc per dñm noſtrū ieſum xp̃m ⁊ aduentū eiꝰ in gloria cum veniet iudicare viuos ⁊ mortuos vt cõferas hec que ſcribis ⁊ emēdes diligenter ad exēplaria de quibus tranſcripſeris ad fidē: ⁊ vt ſacramētū adiuratiõis huius ſilr̃ trāſcribas ⁊ miſeras his que tranſcripſiſti. Hec aũt vtiliter ab illo dicta inſerere operi noſtro neceſſariū credidi quo per hec diligēs efficiatur oĩs q̃ hec vel legere vel deſcribere dignum duxerit: ſciēs exemplũ diligētie a ſctis viris ⁊ illuſtribꝰ traditū. Uerū in his q̃ ad florinū ſcripſiſſe hyreneū ſupradiximus facit policarpi mentionē. Cū quo ſe etiā conuerſatū eſſe deſignat per hec ꝟba. Hec inquit dogmata florine q̃ aſſeris cõfidenter dico qꝛ non ſunt ſane ſententie hec dogmata nõ ſunt ꝯſona eccleſiaſtice fidei hec dogmata ne illi quidē qui de eccleſia pulſi ſunt heretici potuerunt aliq̃ñ cõmentari hec dogmata impietatem docent. Hec dogmata ſancti presbyteri q̃ ante nos fuerunt nunq̃ꝫ tratulere illi q̃ ⁊ ap̃los viderūt q̃s ⁊ tu noſti. Uidi em̃ te dū adhuc puer eſſem in aſia apud policarpū tunc quidē preclara agentē dū adhuc eſſes intra palatiū ⁊ ſtudētē placere policarpo. Multo em̃ magis mihi illiꝰ tp̃is rerū geſtarū inheret memoria q̃ꝫ p̃ſentis. Qꝛ hec q̃ a puero diſcimus cū aĩa coaleſcunt ⁊ adherēt ei. Unde etiā locū ipſum tibi poſſum dicere in quo ſedens diſputabat beatꝰ policarpus ⁊ inceſſum illius ⁊ vultū ac totius vite moduꝫ ⁊ ipſius quoq̃ꝫ corpus habitū. Sed ⁊ diſputationes quas habebat ad pp̃lm ⁊ cõuerſationē q̃ fuerat ei cū iohanne q̃ñ narrare ſolitus erat vel ceteroꝝ q̃ ip̃m dñm viderant ⁊ q̃ño recordabat̃ oĩa aqrecēſebat verba que dicta a dño ab illis audierat ⁊ de ꝟtutibus eius ac doctrina. Et tñ omnia hec cum ſcripturis conſona ꝓferebat. Que tunc ego pro minima dei quā mihi donare dignatus eſt attētius ⁊ ſtudioſius audiens deſcribebam non in chartis: ſꝫ in corde meo: queq̃ꝫ per gratiā dei fideliter cuſtodio ⁊ mecū ipſe ſine intermiſſione quodāmodo rumino. Deū ergo teſtor ⁊ in ꝯſpectu ipſius tibi affirmo: qꝛ ſi q̃d tale audiſſet beatꝰ ⁊ ap̃licus vir policarpꝰ exclamaſſet ſtatim ⁊ aures ſuas obturaſſet ac ſicut moris erat ei dixiſſet Deus bone in qua me tēpora reſeruaſti vt hec audiā. Nonne etiā ip̃m cõtinuo locū fugiſſet in quo ſedens vel ſtās huiuſcemodi ꝟba audiſſet. Sed ex epiſtolis eiꝰ quas ſcripſit vel ad vicinas eccleſias vel ab aliquos ex fratribus cõmonens ⁊ cõfirmans eos ⁊ cohortās ad fidem poteſt ſnĩa eiꝰ euidenter agnoſci. Hec hyreneus.

¶ Cap. xx. de appolonio martyre.

VErum ea tempeſtate Commodo romani regni apicē gubernāte pax eccleſijs per omnē terrā ꝓpagabat̃: ⁊ ſermo dñi ex omni gñe hoim ad agnitionē ⁊ pietatē dei ſummi aĩas cõgregabat. Deniq̃ꝫ ⁊ in vrbe roma multos ex illis illuſtribus ⁊ p̃diuitibꝰ viris cū liberis ⁊ cõiugibꝰ ac ꝓpinquis atq̃ꝫ omni pariter familia ſociauit ad fidem. Sed hoc nõ equis oculis ille antiquus humane ſalutꝭ hoſtis aſpexit. Cõtinuo deniq̃ꝫ aggredit̃ varijs noſtros machinis ipugnare. Prio in vrbe roma apolloniū quēdā virū in fide noſtra ⁊ in oĩbus philoſophie eruditionibus illuſtrē ad iudicium pertrahi: accuſatore ei ſuſcitato quodā infeliciſſimo ⁊ deſp̃ate ſalutis hoĩe. Quiq̃ꝫ q̃m lex q̃ oblatos puniri iuſſerat xp̃ianos in delatorē prius aĩaduertendū cenſebat a perhennio iudice vt eius crura cõminuerent̃ ſnĩam primus excepit. Tū deinde exorat̃ beatus apollonius martyr vti defenſioneꝫ pro fide ſua quā audiēte ſenatu atq̃ꝫ omni populo luculēter ⁊ ſplendide habuerat ederet ſcriptā. Et poſt hec ſcd̃m ſenatus conſultū capite plexus eſt. Ita nāq̃ꝫ a prioribus lex iniquiſſime promulgata cenſebat.

¶ Cap. xxi. qui ſub ꝯmodo inſignes epiſcopi clarebant.

IBitur ſub eiuſdē cõmodi pricipatu Eleutherio in vrbe Roma tredecim ānis ſacerdotio fūcto Uictor ſuccedit. Sed ⁊ Juliano apud Alexandriā poſt decem annos defunctos demetriꝰ ſubſtituit̃. Apud antiochiā q̃ꝫ octauus ab ap̃lis ep̃s ꝯſtituit̃ Serapion: de quo in ſuperioribꝰ memorauimꝰ. Tūc apud ceſareā Paleſtine theophilus ⁊ Narciſus in Jeroſolymis eccl'ias ꝓcurabant apud corinthū vero bacilꝰ ⁊ apud epheſum policrates nobiles in ep̃is habebātur. Sed ⁊ multi in alijs locis referūtur peridē tp̃s egregij ſacerdotes. Nos tñ eoꝝ facimꝰ mētionē quoꝝ fidē ⁊ ſciētiā ex ꝓprij operis inditijs poſſumꝰ habere compertam.

¶ Cap. xxii. de queſtiõe ſuper obſeruatione diei paſche.

QUibus ea tēpeſtate eccleſijs p̃ſidētibus in ꝓuincijs Aſie queſtio nõ minima exorit̃ velut ex antiqua eoꝝ obſeruatiõe deſcendēs ꝙ quartadecima luna putarēt omni gēti paſca



obſeruādū. Qñ ſcꝫ iudeis agnus p̃cipit̃ immolari velut neceſſario cõfirmantes quocūq̃ꝫ die ſeptimane q̃rtadecima luna veniſſet ſolui debere ieiuniū cū talis cõſuetudo i nullis p̃ſus alijs vnq̃ꝫ obſeruata fuiſſet eccl'ijs. Ob quā cām ꝯuētus ep̃oꝝ ⁊ cõcilia ꝑ ſingulas quoſq̃ꝫ ꝓuincias ꝯuocant̃ prorogatiſq̃ꝫ ad ſe inuicē ep̃l'is de ſingulis q̃buſq̃ꝫ locis vnum oēs eccleſiaſticū dogma ꝯfirmant ne liceat: aliq̃ñ niſi in die dñica i qua dñs reſurrexit a mortuis dñicum paſche celebrare miſteriū ⁊ in hac ſola ſoluendū eē paſchale ieiuniū. Extat deniq̃ꝫ vſq̃ꝫ i hodiernū ꝯciliū apud Ceſareā Paleſtine habiti decretū in quo p̃mus eſt Thophilꝰ ip̃iꝰ ceſaree ep̃s ⁊ Narciſus hieroſolymoꝝ ſacerdos hr̃ ⁊ i vrbis Rome ꝯſilio ſit̃e aliud decretū cui p̃fuiſſe Uictor ep̃s indicat̃. Et ponti prouincie palmas galloꝝ quoq̃ꝫ ſacerdotalis cõuentus extat Hyreneū preſulē ſcribēs. Aſchaie vero Bachiluꝫ corinthiorū eccleſie ep̃m: qui omnes diuerſis locis vnā eādēq̃ꝫ iudicij ſui ſnĩam protulere.

¶ Capitulum. xxiij. de eodem.

SEd epiſcopi regionis aſiane ſeruandam magis a veteribus ſibi traditā ꝯſuetudineꝫ cõfirmabant.

A ¶ In q̃bꝰ policrates q̃ i eis p̃matū agere videbat̃ ad victorē ep̃ꝫ Romane eccl'ie ſcribēs morē traditiõis antiq̃ ad ſe vſq̃ꝫ delatū ꝑ hec ꝟba deſignat. Nos ergo inq̃t itemeratū paſche colimꝰ diē neq̃ꝫ addētes neq̃ꝫ auferentes aliq̃d. Et em̃ magna q̃dā lumiaria apud aſiā dormierūt ſūmi ⁊ electi viri q̃s dñs ſuſcitabit i aduētu ſuo cū veniet de celis i glĩa ⁊ req̃ret oēs ſctõs ſuos. In q̃bꝰ eſt philippꝰ euāgeliſta q̃ dormiuit apd̃ hyerapolim. ſꝫ ⁊ due filie eiꝰ q̃ ꝟgines ſenuerũt. Et alia eiꝰ filia ſpũ ſctõ repleta q̃ apud epheſuꝫ dormiuit. Nec nõ ⁊ ioānes q̃ ſupra pectꝰ dñi recubuit q̃ fuit ſūmꝰ ſacerdos ⁊ põtificale petallū geſſit martyr ⁊ doctor eccl'ie. q̃ ⁊ ip̃e apd̃ Epheſum dormiuit Policarpꝰ q̃ꝫ apud ſmyrnā ⁊ ep̃s et martyr. Silr̃ ⁊ traſeas ep̃s apud eu-

meniam ſed apud ſmyrnā martyrio cō ſummatus. Quid autem dicam etiam ſagarem: nihilominus ſacerdotē, ⁊ mar tyrem: qui apud laoditiam quieſcit in pace. Sed ⁊ Papirium et Macharium Et melitonem ꝓpter regnū dei ⁊ eunu chū ⁊ ſpirituſancto repletū qui iacet in ciuitate Sardenſiū: expectans aduen tū de celis dn̄i vt reſurgat a mortuis. Iſti ergo omnes diez paſche in quarta decima die menſis obſeruauerūt ſecun dum euangelium nihil omnino extrin ſecus agentes: ſed ⁊ fidei regulam per omnia cōſeruātes. Sed ⁊ ego omnium veſtrū minimꝰ policrates ſm̄ traditio nem patrū meoꝝ obſeruo eorum dūta xat quos ⁊ ab initio ſecutus ſum. Se ptē namq̄ ex parentibus meis ꝑ ordi nē fuerunt epiſcopi ego octauus. Qui oēs ita obſeruauerūt hūc diē. vt ꝯueni ret cū illo quo fermentū iudeorum po pulus aufert. Unde fratres cariſſimi ſe xaginta q̄nq̄ annos etatē gerēs in no mine domini multoꝝ quoq̄ orbis ter re epōrum noticiā pleniſſime habens ⁊ ſanctis ſcripturis intendēs: non ꝑtur babor ex his que ad terrorē ꝓferunt̄ q2 ⁊ maiores mei dixerunt obtemperare oportet deo magis q̄ hoībus. Et poſt pauca de his qui ſecum aderant epiſco pis ita ſubiungit. Poterant autem etiā p̄ſentium epiſcoporum facere mentio nem quos ipſi petiſtis vt euocarem ſi cut ⁊ feci. Quorum nomina ſi ſcribā ni mia multitudo eſt. Qui oēs ſciētes ꝑui tatem meā cōcenſu ſuo que ſcribimus ꝯfirmant. certi ꝙ nō inaniter canos atu limus: ſed in diſciplina. Chriſti ſemper conuerſati ſumus. Sed adhuc Uictor romane eccleſie epiſcopus pertinacius agens paſſum totiꝰ aſie ac vicinaꝝ pro uinciarū eccleſias a communionis ſo cietate abſcindere nititur tāq̄ in here ſim declinātes ⁊ lr̄as mittit q̄bus oēs ſimul abſq̄ diſcretione ab eccleſiaſtico federe ſeggregaret. Sed hoc nō oībus placeat epiſcopis quin potius ⁊ ecōtra rio ſcribētes ei iubebant vt magis q̄ pa cis ſunt ageret: ⁊ ꝯcordie atq̄ vnanimi tati ſtuderet. Deniq̄ ēt extāt ipoꝝ litte re q̄bus aſperiꝰ obiurgāt victorē velut inutiĺr eccĺie ꝯmodis ꝯſulētē. Nā ⁊ hy reneꝰ cū ceteris quibꝰ preerat galliarū epis ſcribēs confirmat quidē vt in dn̄i ca die reſurrectionis dn̄i miſteriū cele bret. Uictorē tamē arguit ꝙ nō recte fe cerit abſcindere a corꝑe vnitatis tot et tantas eccleſias dei que morem antiq̄ tus ſibi traditum cuſtodirent.

B ¶ Sed ⁊ de multis alijs cōmonet ꝑ hec verba. Non ſolū inquit de die pa ſche agitur cōtrouerſia ſed ⁊ de ipſa ſpe cie ieiuniorum. Quidam enim putant vna tm̄ die obſuari debere ieiuniū alij duabus alij vero pluribꝰ. Nō nulli etiā quadraginta ita vt horas diurnas no cturnaſq̄ computantes diem ſtatuant. Que varietas obſeruātie non nunc pri mū neq̄ noſtris temporibus cepit ſed multo ante nos ex illis. vt opinor q̄ nō ſimpliciter quod ab initio traditum eſt tenentes in alium morem vel ꝑ negli gentiam vel ꝑ impericiam poſtmodū decidere. Et tamen nihilominꝰ oēs iſti etiā cū in obſeruantiā variarent inter ſe metipſos et nobiſcum pacifici fuerunt ſemper ⁊ ſunt nec diſſonantia ieiunij fi dei conſonantiam rupit. Poſt hec inſe rit etiā hyſtoriā quandam que pro ſui oportunitate nec a nobis dꝫ omitti. De niq̄ ait. Et illi omnes ante ſoteram p̄ſ byteri qui eccleſie tu cui nunc prees ſa cerdotium tenuerunt (Anicetum dico ⁊ pium iginumq̄ ⁊ thelephorū ⁊ ſixtum) Neq̄ ipſi ita tenuerunt neq̄ hi q̄ cū ip ſis erāt. Et tm̄ cū ipſi ita nō obſeruarent pacem ſemꝑ habuerunt cum illis eccle ſijs que hunc obſeruantie morem tene bant. Cum vtiq̄ ⁊ ipſis contrarium vi deretur ꝙ non etiam ceteri ſimiliter ob ſeruauerant. nunq̄ tamē ob hoc repul ſi ſunt aliqui ab eccleſie ſocietate aut ve nientes ab illis ꝑtibus nō ſunt ſuſcepti Immo potiꝰ ⁊ omnes p̄ſbyteri qui fue runt ante te oībus ſemꝑ q̄ non ita obſer uabant p̄ſbyteris eccĺiarū eucharistiā ſolēniter tranſmittebāt. Btūs autē po licarpus cū ad vrbē Romā veniſſet ſub aniceto cunq̄ de alijs nōnullis paꝝ q̄d habuiſſent inter ſe ſtatim tamē coiſſent in pacē de hac q̄ſtione ita egerunt vt nō vnuſquiſq̄ ſententiam ſuam obſtinata



contentione defenderet. Neq̄ eniꝫ aut anicetus policarpo ſuadere poterat vt non obſeruaret ea q̄ nouerat iohannē diſcipulum domini vel ceteros apoſto los cū quibus ſemꝑ fuerat obſeruaſſe. Neq̄ rurſum policarpꝰ anicetū ꝑſuaſit ea deſerere q̄ ille dicebat a ſe maiorum more ſeruari. Cūq̄ hec ita inter ſe ha buiſſent cōmunicarunt ſibi inuicē ita vt cederet anicetꝰ policarpo etiā ſacerdo tali miniſterio (honoris dūtaxat cōtem platione) perfungi. Et ita ab inuicē ple na fide pace integra ⁊ firma charitate diſcedūt. vt oēs eccleſie ſiue q̄ ita de pa ſcha ſiue que non ita obſeruarent inter ſe tamen concordiā cuſtodirēt. Hec hy reneus agens nominis ſui opus pacē vē de eccleſijs concilians ſcribit. Et nō ſolum victori. ſed ⁊ diuerſis eccleſiarū doctoribus ſimiliter per epiſtolas aſſe rit ꝙ nulla pro hac queſtiōe in eccleſijs dei diſſenſio debeat oboriri.

Cap. xxiiij. de eodem.

APud paleſti nā quoq̄ conuenientes in vnū ſacerdotes dei Nar ciſſꝰ hieroſolymoꝝ ⁊ theo philus de quibus iā ſupradiximus. ſed ⁊ cū ipſis caſſiꝰ tyriꝰ ⁊ clarus de ptolo maide ⁊ ceteri per multi pariter congre gati. cū de hac queſtione agerent̄ quid etiā apud ipſos apoſtolica traditio cō tineret circa finem decreti quod in cōci lio eorum ſtatutum eſt. Hoc modo indi cant. Epiſtole aiunt noſtre exemplaria ꝑ omnes eccleſias tranſmittant̄ vti ne rei efficiamur animarum que diuer ſis erroribus immergunt̄. Deſignamꝰ igitur vobis: q2 ⁊ apud alexandriam ea dem qua apud nos die paſche ſolenni tas gerit̄. q2 ⁊ ipſoꝝ nobis littere defe runt̄ ⁊ ipſi noſtra ſcripta ſuſcipiunt. vt pariter ⁊ conſonanter diē feſtū celebre mus. Hactenus de ſupradicta queſtio ne ex his que in veterum ſcriptis habe ri reperimus.

Cap. xxv. de nonnullis alijs hyrenei libellis.

EXtat autem ad huc hyrenei p̄ter eos quos ſupra enu merauimus libellos ēt aliud volumen egregium aduerſum gētes q̄d de diſci plīa attitulauit ad marcianū quēdā ſcri bēs. Sꝫ ⁊ dialogi de diuerſis i q̄bꝰ teſti monia d̄ ep̄la ad hebreos poni pluria ⁊ de ſapīa q̄ dr̄ ſalomonis. Hec ſunt q̄ ad noſtram noticiam etiā de hyrenei opu ſculis peruenerint.

¶ Cap. xxvj. commodo qui ſtatim imperatores ſucceſſerunt.

COmmodus aūt tredecim annis impe rio gubernato ꝑtinaci poſt ſe regnū reliq̄t. Quo ſex ſo lis mēſibus retento idē pertinax diem obijt ⁊ ſeuerus poſt hunc ſuſcepit princi patū. Cuiꝰ tēꝑibus plurimi eccĺiaſtici viri nobiles ⁊ ſtilo illuſtres extiterūt ſi cut ex eoꝝ monimentis agnoſcimus.

¶ Cap. xxvij. de hereſi artemonis.

EX quibꝰ eſt he raclitus qui in apoſtolū cō mentatus eſt.

A ¶ Et maximinus q̄ de famoſiſſima oīm hereticoꝝ diſſeruit q̄ ſtiōe qua ſemꝑ inquirit̄ vnde ſint mala vel vnde malicia: ⁊ ꝙ materia fctā ſit ⁊ nō infecta. Sed ⁊ candidus qui exame ron: id eſt de principio geneſis ſcripſit Appiꝰ quoq̄ de hiſdē ſimiliter ꝯmenta tur. Sextus etiā qui de reſurrectione diſſeruit ⁊ de ceteris nōnullis. Arabia nus quoq̄ ⁊ alij innumeri quos lōgum eſt vel enumerare vel etiā ꝓ aliquo il luſtri vnū quēq̄ dictorū ſuorū inditio deſignare. Plurimi tamē ipoꝝ exortās temporibus ſuis hereticorū perfidias cōfutantes fidem rectam ⁊ apoſtolicā monimentis ſuorum voluminum man dauere. vt artemonis illius hereſeos auctoris quā poſtmodū paulus ſamo tenus noſtris iam pene temporibus in ſtaurare conatꝰ eſt: de qua dignū eſt q̄ vel qualis ſit hyſtoria comprehēdere.

B ¶ Hec hereſis purum hoiem id eſt abſq̄ deo fuiſſe ſoluatorē ꝯfirmat. Idq̄ antiquitꝰ ab ipſis etiā ap̄lis traditum eſſe mentit̄: Aduerſū quos vnus ex his

quos ſupra memorauim⁹ eccleſiaſtic⁹
ſcriptor:ita reſpōdit Aiunt inquit aliq̄
ipos etiā ap̄los ita vel ſuſcepiſſe:vel ce
teris tradidiſſe ſicut nūc ipi aſſerūt. Et
hāc veritatē p̄dicationis eſſe ſeruatam
vſq₃ ad victoris tēpora. Et quō ſucceſ=
ſores eorū ſcribētes aduerſuȝ gētiles
vel aduerſum hereticos:id eſt iuſtinus
⁊ melciades ⁊ tatianus ⁊ clemēs ⁊ alijs
q̄pluriuni d̄ deitate xp̄i apertiſſime diſ
ſerūt hyrenei vero ⁊ melitonis cetero
rūq₃ qui p̱ idem tp̄s fuerunt volumina
quis ignorat. Quibus ⁊ dn̄m hoiem ſi=
mul p̄dicāt xp̄m. Sed ⁊ pſalmi vel can=
tica q̄ a fratribus fidelib⁹ ex initio ſcri=
pta ſunt verbū dei eē xp̄m ⁊ deum tota
hymnoꝝ ſuoꝝ laude concelebrāt. Quō
ergo tot ſeculis fidē p̄dicatā nūc iſti aſ=
ſerunt q̄ a victoris tēporibus exordiū
ſumpſerit. Quō aūt victori de calūniaȝ
faciunt q̄ ſcient victorē theodotum co=
riarium:qui princeps ⁊ pater extiterat
impietatis ipoꝝ:de communione eccle
ſie repuliſſe:qui prim⁹ rome auſus eſt
dicere purū hoiem fuiſſe xp̄m Si em̄ vi
ctor dicūt ita credebat quō eijciebat de
eccleſia theodotum blaſphemie iſtius
inuentorem. Sed de Uictore hec cōme
moraſſe ſufficiat. Cui deceȝ annis ep̄a=
tu functo zepherinus ſacerdotij ſucceſ=
ſor extitit. nono principat⁹ ſeueri anno
De quolibet Epherino eadeȝ ſcriptura
qua in ſuperioribus vſi ſumus talia q̄=
dam refert.

¶ Cap. xxviij. De natali primum xp̄ia=
ne fidei nobili ꝯfeſſore deinde heretico
demō ab angelis duriter caſtigato pul
chra hyſtoria.

IBit cōmonebo
vos fratres de his q̄ geſta ſunt
apud nos q̄ ſi forte in ſodomis accidiſ
ſent etiā illos emēdare ⁊ corrigere po=
tuiſſent. Cōfeſſor erāt q̄dā apd̄ nos Na
talis noie nr̄a adhuc ꝯfeſſus memoria
h̄ decept⁹ aliq̄n ab aſclepiodoto quod=
dā ⁊ theodoto collectarijs (q̄ ambo di=
ſcip̄li erāt theodoti coriarij illius q̄ pri
mus p̱ hac ſtulta aſſertiōe ab eccl̄ie ſo
cietate depulſus eſt) Uictore tūc vrbis
rome ep̄o acquieuit vt accepto ab eis
ſalario ep̄s illius hereſis noiaret certa
pactiōe id eſt centū q̄nquaginta dena=
rijs mēſtrue p̄ſtationis. Quiq₃ natalis
cū ſe in hoc decept⁹ locaſſet frequenter
ammonebat in ſomnijs a dn̄o. q̄r miſe
ricors de⁹ ⁊ dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s nolebat mar
tyrē ſuū q̄ ſibi in multiſ paſſionib⁹ exti=
terat de eccl̄ia p̱dere. Sȝ cū negligēti⁹
ſuſciperet ⁊ viſiones p̄mat⁹ amore ⁊ tur
pis lucri deuict⁹ illecebra ad vltimū a
ſctis angelis p̱ totā noctē v̄berat⁹ ⁊ pe
nis grauib⁹ excruciat⁹ mane cōſurgēs
cilicio ſe induit ⁊ cinere ſe conſpergit ac
multis lachrymis errorē ſuū deflēs an
pedes ſe zepherini ep̄i p̱ſternit ⁊ veſti
gijs oim̄ nō tm̄modo clericoꝝ:ſed etiaȝ
laicoꝝ multa cū lamētatiōe p̱uolutus
in lachrymas ⁊ miſerationes oēm p̱uo
cauit eccl̄iam vt indulgentiā ſibi a xp̄o
ꝯtinuis ⁊ iugibus p̱ ipſo precib⁹ implo
rarent:oſtēdentes ſimul in cōſpectu do
mini liuores corpis ⁊ cicatrices quas
pro nois ipſius ꝯfeſſione ſuſceperat. Et
vix aliq̄n in communionem eccleſiaſti=
ci corporis reuocatus eſt.

B ¶ Sed ⁊ poſt aliquāta idē ſcriptor
adiungit hec ēt. Scripturas aūt diui=
nas abſq₃ vlla timoris dei reuerētia cor
ruperūt Antiq̄ v̄o fidei regulā p̱terue
⁊ impie reſpuūt ignorātes xp̄m. Quem
idcirco nō inuenerūt q̄r nō recte q̄ſierūt
⁊ intantuȝ ſtulticie impietatiſq₃ p̱lapſi
ſunt vt ſi quis eis ſermoneȝ de ſcriptu
ris propoſuerit illi econtrario propo=
nant vtrū h̄ ſermo de quo agitur cōiun
ctū aut ſeparatū genus ſyllogiſmi fa=
ciat ⁊ derelinq̄ntes ſctās dei ſcripturas
geometriā tractāt tāq₃ q̄ vere de terra
ſint de terra loquūt. Et iō eū q̄ de ſurſū
eſt ⁊ de celis venit ignorāt. Deniq₃ eu=
clides apd̄ eos vel maxie in geometrie
diſciplinis viget. Sed et ariſtoteles et
theofraſtus ab his ammiratione habē
tur. Galien⁹ v̄o a nōnullis eoꝝ adorat
etiā. Quoꝝ artib⁹ ⁊ doctrinis hereſeos
ſue īpietatē nitūt aſſerere ⁊ deceptiōib⁹
hoiȝ ignorātiū deū ſimplicitatē diuina
rū ſcp̄turaꝝ ſinceritatē fidei ſubruūt. Sȝ
h̄ faciūt q̄r nec vicini effecti ſūt dei. Pro=
pterea ⁊ diuinas ſcp̄turas abſq₃ vllo ti
more ꝯtēnerāt:⁊ corrūpētes eas emēda



re ſe dicūt. Uerū ne qui me putent falſa
aduerſum eos p̱ferre palā eſt oibus no
ſcere:ſi q̄s vult exēplaria eoꝝ accipere
⁊ cū alijs nihilomin⁹ eoꝝ exēplaris cō
ferre inueniet etiā inter ſe ipſa multum
diſſonare:quia vnuſquiſq₃ vt ſibi vide=
tur emendat. Deniq₃ aſclepiodoti non
conueniūt omnino cū theodotis. Tum
deinde etiam diſcipulis ipſoꝝ ſi q̄ forte
tranſcripſerunt q̄d eis viſum eſt vel ad
derelicuit vel offerre ⁊ oibus preferunt
habere ſe emendata magis autem inq̄
nata exemplaria. Rurſum hermofili ex
emplaria non conſonant cum appollo
nidis. Sed ne ipſa quidē ſibi ipſis con=
cordāt ſi priora cū poſterioribus confe
ras. Semp̱ enim emendant:quib⁹ ſem
per diſplicet quod emendant:⁊ noua q̄
q₃ perquirunt cū eis:que in vſu ſunt vi
debuntur aduerſa. Quid aūt temerita
tis habeat iſtud admiſſum neq₃ ipſos
arbitror ignorare. Aut enim nō credūt
diuino ſpū ſcripturas eſſe cōſcriptas et
ſunt infideles aut ſemetipſos arbitran
tur ſapiētiores eſſe ſpūſancto. Et quid
aliud indicat per hoc niſi q̄ a demone
aguntur. Neq₃ em̄ negare poſſunt fa=
ctū ſuum quando quidem etiam ma=
nus eorum in ipſis exemplarib⁹ teneā
tur ⁊ nouerint ipſi q̄ a magiſtris ſuis ⁊
doctorib⁹ ſcp̄turaꝝ ſm̄ iſtud corrupte=
le gen⁹ ēt explanatiōis ſuſceperint itel=
lectū. Quidā aūt ex ipſis corrūpere iaȝ
ſcripturas dignati ſunt:ſed penit⁹ ab=
negare legem ſcȝ ⁊ p̱phetas:⁊ obtentu
impie hui⁹ aſſertionis in vltimū perdi
tionis gurgitē deuoluti ſunt. De q̄bus
hec ſufficiant hyſtorijs eſſe mandata.

¶ Explicit liber quintus.

¶ Incipit liber ſextus.

¶ Cap. primum. de martyrio leoni=
dis patris origenis deq₃ ipſo orige
ne ⁊ eius preclaris geſtis.

AT cū ſeuerus
quoq₃ p̱ſecutiones agitaret
eccleſijs preclara militib⁹.
xp̄i pro pietate certamina
martyrij gerebantur precipue tamen
apud alexandriaȝ:quo ex omni egypto
ac Thebaide:velut in quodam ſtadiu
pietatis athlete deducebantur.

A ¶ Qui p̱ ſupplicioꝝ mortiſq₃ patiē
tia:conſequebant a deo inmortalitatis
coronas. In quib⁹ ⁊ leonides origenes
pater p̱ martyrio xp̄i capite plexus. te=
ne adhuc etatis ſupradictum puerū de
reliquit. Quiq₃ qualibus annis ex eo
erga diuine legis ſtudia viguerit. non
erit importunū paucis exponere. Preci
pue q̄r ⁊ apud q̄plurimos opinio de eo
celeberrima p̱uulgata eſt. Et ſi quidem
velit q̄s oēm vitā viri huius litteraruȝ
tradere monimētis:certuȝ eſt q̄r tanta
ſunt de eo ac talia:que proprium de eo
⁊ op⁹ req̄rerāt ⁊ ociū Nos tn̄ in p̄nti quā
ta poſſumus breuitate inſeremus huic
opi etiā que ad ip̄m ſpectant pauca de
multis. Que vel ipſi⁹ ep̄lis ad nos vſq₃
ſeruatis:vel ex alioꝝ hiſtorijs indicata
cognouimus. Cui⁹ geſta ſi res pateret
etiam ex ipſis cunabulis digna mihi vi
dentur poſteritatis memoria.

¶ Decimum namq₃ imperij agebat ſe
uerus annum. Alexandrie vero per idē
tp̄s oiq₃ egypto p̄ſidebat letus:epiſco=
patum in ea poſt iulianum demetrius
ſuſceperat. Cum ſupra modum accen=
ſo perſecutionis incendio:⁊ multis ea
tempeſtate martyrio coronatis:in tan=
tum ardorem capeſcendi martyrij pue
rulus tunc adhuc origenes exarſerat:
vt ſponte ſe periculis ingereret:⁊ alijs
in certamine poſitis preceps in medios
rueret:ita vt inſectari ipſam mortē ⁊ ra
pere velle videret. Quā ⁊ adipiſci omni
modis potuiſſet:niſi quod diſpenſatio
ne domini ad vtilitatem multorum pu
tatur pro toti⁹ eccleſie edificatione ſer
uatus. per ſolicitudinem matris q̄ glo=
rioſe mortis eius deſideria impediuit.
Que cum primo maternis obſecratio=
nibus ſupplicaret vt ſibi conſuleret vt
parceret matri:⁊ ille ex his precibus in
flammatior ad amorem martyrij redde
retur:maxime ex eo q̄ patrē iā teneri co
gnouiſſet i vinculis. ⁊ ipſe p̱pere ſoci⁹ ef
fici vinculoꝝ ei⁹ ac martyrij feſtiaret arte
q̄dā mr̄ni affect⁹ ihibet. Et ei cū matura
re eū vellet ⁊ an lucanū p̱rūpe ad agonū
certamia p̄ſenſiſſet:noctu cubiculū filij
dormiētiſ igreſſa:oia ei⁹ indumēta q̄b⁹

pꝛocedi ad publicū poterat furata ſub
traxerit: vt ꝑ hec domi reſidere neceſſi=
tate cogeret. Ille maternis impeditus
dolis cū nihil aliud agere poſſet: nec tñ
mens quieſcere pateret: audet aliquid
ſup etatē. Ep̃laꝫ ſcribit ad p̃rem ſe q̃dē
maternis artib⁹ detineri: ſed illuꝫ tene
re debere q̄d cepit. Et addit etiaꝫ hec.
Uide p̃r ne pꝛopter nos aliud aliq̄d ve
lis. Hec ſunt pꝛima puerilia Oꝛigenis
rudimenta. Hic ludus ei⁹ īfantie: hec a
tenero religionis ꝛ pietatis inditia. Ta
lis in eo erga deum coaluit affectus.
B ¶ Hinc iaꝫ lectiōi ſe cepit diuinoꝝ
voluminū mācipare: ꝛ in eruditionibus
fidei diuine ſemetip̄m haud ſegniter ex
ercere. Qm̄ q̄dem iaꝫ ꝛ apparēte in his
imbui cepat: q̄ ei ſenſim inter ſeculares
libꝛos q̄bus in pꝛīa etate erudiebatur:
ēt nr̄aꝝ ſcripturaꝝ nōnulla interī legē
da ſubijciebat. Tū deinde paulatim ēt
p̄ferre hec ſcholarib⁹ ſtudijs ꝯmonebat
Jam inde etiā lectiones exigere ꝑ dies
ſingulos ꝛ memoꝛie cōmendare: puerū
non inuituꝫ imo poti⁹ erga hec diſcēda
pꝛomptioꝛē cogebat. Quippe q̄ legens
hec: non ſolo ſimplici intellectu videret
eſſe cōtētus: ſed negotia p̄ri deſcriptu=
re ſenſib⁹ ac q̄ſtionibus cōmoueret. In
quirens ab eo quid ſibi videret: ꝙ per
ſp̄m ſanctum ſcriptura dꝛ inſpirata: vel
quid diuini ꝯſilij tegat ſimplicitas iſta
verboꝛum. At ille ſimulabat quideꝫ in
crepare ſe eū ꝛ vetare vltra etatem ali
quid q̄rere. Apud ſemetip̄m tamen in=
credibiliter exultabat: om̄ipotenti deo
gratias referens: qui ei talis ſobolis eſ
ſe donauerit patrem. Deniq̄ frequēter
dꝛ doꝛmienti pueros religioſus: ꝛ ſolli=
citus ſupueniens pater: operimentum
pectoꝛis detraxiſſe: et velut dei ſpiritu
intus incluſo: pectus eius tanq̄ tēpluꝫ
quoddā venerat⁹: ꝛ demulcens oſculis
abſceſſiſſe: beatum ſemetip̄m adeo effe
ctum ꝓ tante ꝓlis felicitate gratulat⁹.
Hec ꝛ multa his ſimilia in puerilitate
oꝛigenis extitiſſe memoꝛantur. Ut ve=
ro pater eius martyꝛio conſummat⁹ ē:
puer ipſe cū mr̄e vidua: et ſex alijs ꝑuu
lis f̄ribus ſeptimūdecimū agēs etatis
annum in ſumma facultatum penuria
derelictus eſt. Qm̄ quidem cenſus pa
ternus qui vel maximus fuerat fiſco ꝑ
ꝓſcriptionem ſociatus eſt. Nec tamen
ei defuit omnipotentis dei prouidētia.
Ob inſigne nanq̄ vel litterarum vel re
ligionis ſtudium a quadā nobili ꝛ locu
pletiſſima femina ꝑ familiariter foueri
cepit. Que tamen Paulum quēdam an
tiochie oꝛtum: antique hereſeos famo
ſiſſimū ſectatoꝛem adoptiuum domui
ſue illo in tempoꝛe habebat. In q̄ ado=
leſcentulus Oꝛigenes cum neceſſitateꝫ
haberet apud pꝛedictā feminā vna de=
gere: documentum iam inde a puero fi
deliſſime ꝛ catholice ſue mentis oſten=
dit. Nam cum ad ſupꝛadictum virū ve
lut ad magiſtrum et ſummi noīs docto
reꝫ ꝑ dies ſingulos immēſe multitudīe
conuenirēt nō ſolum hereticoꝝ veruꝫ ꝛ
ex nr̄is multoꝝ pꝛo eo ꝙ eruditionis ei
ſumma ab oībus crederet: nullo tamē
pacto vel pꝛo honoꝛis gratia: vel etiaꝫ
ꝓ neceſſitate cōiunctionis flecti potuit
oꝛigenes: vt cum eo ſaltim in oꝛatione
conſiſteret Ita ei a pꝛima etate eccleſia
ſtice regule obſeruantia: honoꝛabilis
fuit: ꝛ hereticoꝛuꝫ ſocietas execrabilis.
Sicut ipſe in quodam loco operis ſui
ait: quia hereticoꝝ execranda doctrina
eſt: nec tamen deerat ei erga cōmunes
litteras ſtudium: in q̄bus pater eū eru=
diendum tradiderat: ſed exercitabatur
et in his multo attentius: etiaꝫ poſt cō
ſummationem p̄ris. In arte nāq̄ gram
matica ita fuerat inſtructus: vt ꝛ ad do
cēdum plene ſufficeret: et ex hoc ei qua
ad neceſſitatem tranſigende domus vi
debantur neceſſaria pararentur.

¶ Capitulum .ij. adhuc de oꝛigene. A.

VErum cū pꝛe
eſſet auditoꝛis ꝛ grāmati=
cam doceret ſicut ip̄e ī qui
buſdaꝫ ſcriptis ſuis refert
ꝛ cū eccl'ie apd̄ Alexādriā magiſterij de
eſſet officiū: cūq̄ oēs deturbati ꝑſecuto
rum minis ꝛ ferocitatib⁹ aufugiſſēt ali
quāti gentilium cōueniebant ad oꝛige=
neꝫ: tūc adhuc grāmaticā docētem: au=
dire ab eo verbū de nr̄a fide ac religiōe
cupientes. Quos ille non ſoluꝫ ad fidē
de perfidia conuertebat. verum etiam
perfecte vite inſtitutionibus infoꝛma=
bat. Quoꝛum pꝛimus extitit Plutar=
chus qui per ipſum conuerſus ad fidē
noſtram non ſolum perfecte vite inſti=
tuta ſeruauit. verūetiam q̄ eſt ſumma
beatitudinis: martyꝛij conſecut⁹ eſt pal
mam. Secūdus cum hoc fuit eraclas ꝛ
natura plutarchi frater ꝛ meritis. Qui
cum ab eo nō ſolum in fide noſtra atq̄
ſcientia: ſed et vite puriorꝛis inſtitutiōi=
bus ad perfectum fuiſſet inſtruct⁹. Ale
xandrine eccl'ie pꝛeeſſec poſt demeritū
ſubꝛogatus eſt. Sꝫ ea tempeſtate qua
aquila. Alexandrine atq̄ egypto pꝛeſi=
dente perſecutioneꝫ rabies increſcebat
octauumdecimū. Oꝛigenes agebat eta
tis annū: quo in tempoꝛe perfamoſiſſi=
mi apud oēs vel incredulos vel infide
les domi foꝛiſq̄ nomen eius effectū eſt
pꝛecipue per id ꝙ ſanctos oēs in ꝯfeſ=
ſionis vinculis poſitos non ſolum ſer=
mone et cohoꝛtatione perfecte ꝛ ſp̄ūa=
lis doctrine ad martyꝛium roboꝛabat.
verum etiam multos ſuis officijs ac mi
niſterijs e vinculoꝛuꝫ penis: ꝛ ſqualoꝛe
carceris ſubleuabat. Sepe deniq̄ etiaꝫ
ante tribunalia iudicum: ꝛ in ipſis eoꝛū
cruciatibus aderat aduerſuꝫ ꝓphanas
interrogationes iudicuꝫ: affectu eis ac
mēte cōpatiens vultuq̄ ꝛ nutib⁹ ſi dici
poteſt velut firmioꝛes eis r̄n̄ſiōes ſubij
cere geſtiēs. Sed ꝛ cū ſn̄iam ſuſcepiſſēt
eadem fiducia vtebat: oībus ſe ꝑiculis
inferens: nec trepidans ꝑſecutoꝛib⁹ in=
tuentibus: extremis q̄ꝫ oculis marty=
res ſalutare: ita vt nōnunq̄ pꝛo his ēt
impetus in eū gentiliū fieret. Sed diui
na dextera cū admiratione oīm ꝓfect⁹
euadebat. Uerum nec enumerari facile
nec referri pōt quotiens ꝛ q̄ crebꝛo imo
ꝑ ſingulos pene dies: de quātis eum et
qualibus periculis: dum erga pꝛedica=
tionem verbi dei impiger ꝛ pꝛompt⁹ ē
eadem illa diuina dextera conſeruauit
quotiens in inſidijs poſitos q̄ eum claꝫ
interimerēt effugit. Et intm̄ aduerſū ſe
dū in op⁹ dei pꝛōpt⁹ eſt infideliū conci=
tauit inſaniam: vt turme militūꝫ diſpo
ſite domo in qua commanere videbat
obſederit: nec tñ eum capere aut tenere
potuerint: diuina pꝛotectiōe ſeruatum.
Tanta rabies contra eum mētes hoīm
īceſſerat: ꝓ hoc ſolo ꝙ plurimos ꝑ eum
videbant ad fidem nr̄am ab incredu li=
tate conuerti. Et intm̄ quotidie aduer=
ſus eum ꝑſecutio cumulabatur: vt tota
vꝛbs maxima alexandria eū tegere nō
poſſet: ſed de domo ad domū tranſiret:
et tñ vndiq̄ fugaretur: cum viderent ꝑ
loca ſingula multitudines plurimas ꝑ
eum ad fidē dei ſociari. Obtinebat aūt
hoc qꝛ non ſolum in verbo erat ei perfe
cta doctrina: veꝝ etiam in ope conſum
mate diſcipline p̄bebat exempla. Et di
cebatur ſicut aiunt de eo: qꝛ hic eſt qui
quale hꝫ verbum talem habet vitam ꝛ
qualē hꝫ vitam tale habet verbū. Qm̄
que docet agit: ꝛ que agit hec docet.
¶ Manifeſte aūt et euidenter aderat ꝛ
diuina gratia. per quaꝫ innumeros ad
imitationem ſui in fidem dei pꝛouoca=
bat. Unde et videns demetrius ep̄s ꝙ
ad ip̄m pꝛecipue doctrine gratia ꝛ p̄di=
cationis verbi dei: multitudines pluri
me conuolarent: ꝛ calezizandi ei id eſt
docendi magiſterium in eccl'ia tribuit.
Quod pꝛimus poſt apoſtolos apd̄ ale=
xandriam panthenus. Secundus ꝑ oꝛ=
dinem. Clemens Tertius amminiſtra
uit Oꝛigenes ipſius diſcipulus clemē=
tis qui clemens in opere Stromateo
vbi etiā tempoꝛa quibus libꝛos deſcri
bebat: ꝓhemijs deſignauit: ad finē im=
perij ꝯmodi pertendit. Unde certuꝫ eſt
ꝙ ſeueri tp̄a hec ipſa que nunc habem⁹
in manibus continebat. Qua tempeſta
te etiam iudas, quidam alius ſcriptoꝛ
de ſeptimanis que in Daniele referun
tur diſſeruit. Qui et ipſe decimum Se=
ueri imperatoꝛis agnum regni cōme=
moꝛat. Is etiam diuulgatā antichꝛiſti
iam p̄ſentiam iāq̄ exiſtimās imminere
ex perſecutionum nimietate: multoꝛuꝫ
ex noſtris fidelium aīos perturbauit.
Igitur oꝛigenes iniuncto ſibi a deme=
trio epiſcopo magiſterij officio: grāma
ticam ſcholam negligere cepit: magis
ſe verbo dei conferens. Utitur ſane etiā
conſilio non puerili. Bibliothecaꝫ gen
tilium libꝛoꝛum tradidit cuidam fideli
amico pactus cum eo quatuoꝛ ſibi obo

los ex eius pꝛecio per dies ſingulos in
ferri: quo ſcilicet ne grauis eſſet cuiꝗ̃ i
ſuſtentanda victus neceſſitate: nec con
gregatam pecuniam domi reſeruare vi
deretur. Igitur in talibꝰ inſtitutis: plu=
rimum tempoꝛis exigens. vita: moꝛibꝰ
exercitijs per oĩa xp̄ianus philoſophꝰ
habebatur. Cum ⁊ pꝛo iuuenilibus cu=
piditatibus repꝛimendis: ⁊ pꝛo ſapien=
tie pꝛofectibus capeſcẽdis die noctuꝗ̃
artioꝛibus ſe abſtinentie conſtringeret
frenis: ⁊ indeſinenter diuinoꝝ libꝛoꝛuꝫ
meditationibus inhereret. In abſtinẽ=
tia plurima: in ieiunijs indeſinentibus
in vigilijs pene iugibus: ita vt ſi quan=
do parum aliquid ſomni neceſſitas na=
turalis exigeret: hanc ille non ſupꝛa ſta
tuꝫ quo oĩno nullo vtebatur: ſed ſupꝛa
nudi ſoli dependeret ſuperficiẽ. Añ oĩa
vero pꝛecepta euãgelica ⁊ voces ſalua
toꝛis ſummo amoꝛe ⁊ ſtudio: implẽdas
eſſe cenſebat: quibus pꝛecipitur duas
tunicas non habendum: neꝗ̃ calciamẽ
tis vtendum: neꝗ̃ de craſtino cogitan=
dum. Que ille ⁊ ſingula ſumma cum di=
ligentia in fide contendebat explere.
Et ſupꝛa vires atꝗ̃ etatẽ ſuã ſcd̃m ap̄li
monita in frigoꝛe ⁊ nuditate agones pa
tientie deſudabat. Ita cunctis audito=
ribus ſuis renũciandi oĩbus que poſſi=
debant: ⁊ btẽ paupertatis pꝛebebat ex=
empla. Erat igitur ꝑ hec caſus oĩbus ⁊
acceptus. In hoc vno nonnullos offen=
dens: ꝙ cupientes de facultatibus pꝛo
pꝛijs aliquid ſibi ſaltim victus grã mi=
niſtrare: pꝛo diſtricta continentie diſci=
plina refutabat. Cum vtiꝗ̃ pꝛo laboꝛe
quo in verbo dei deſudabat non ſolum
duplici ſm̄ apoſtolum ſed et multiplici
honoꝛe dignꝰ ab oĩbus duceretur. Sꝫ
ille honoꝛem ſibi ſũmuꝫ in continentia
deputabat. Deniꝗ̃ ⁊ per multos ãnos
traditur abſꝗ̃ omni calciamẽto nudis
inceſſiſſe veſtigijs. Uini quoꝗ̃ vſum ce
teroꝛumꝗ̃ ſimilium: niſi ea ſola que vi=
te neceſſitas depoſcebat: nulluꝫ penitꝰ
habuit: vſꝗ̃ꝗ̇ incõmodo ſtomachi imo
iaꝫ pene ꝑiculo cogeret. Talibꝰ igit̃ vi
te atꝗ̃ inſtituti ſui exemplis infoꝛmãs
cos ꝗ̇s a gẽtili vita ⁊ ſtulta philoſophia
ad verã xp̄i philoſophiam ſapientiãꝗ̃
conuerterat: non ſolum in intimis ale
xandrinis? — 

conuerterat: non ſolum in intimis ale
archanis fidem habere docuit per hoc
ꝙ geri ab eo videbant ꝗ̃ docebantur: ve
rumetiã ad martyꝛij eos amoꝛẽ: per ea
ꝗ̃bus ꝗ̃tidiano roboꝛabãtur exercitio
pꝛouocabat. Ex quibus et multi compꝛe
henſi in perſecutione palmam marty=
rij conſecuti ſunt.

¶ Capl̄m. iij. ꝙ e ſchola oꝛigenis mul=
ti martyꝛes pꝛodierunt.

IN his pꝛimus erat
Plutarchus de quo ſu=
perius memoꝛauimus.
Quem cum vidiſſet po=
pulus ad moꝛtem duci:
et aſſiſtere ei oꝛiginem: qui hoꝛtatu ſuo
ad magnanimitateꝫ aĩos eius erigeret
velut moꝛtis eius auctoꝛem diſcerpere
eum pene ⁊ interficere vulgus irruerat
niſi ex tunc ope diuine ꝓuidentie e fure
tium manibus fuiſſet ereptꝰ. Poſt plu=
tarchi martyꝛium ſecũdus ex oꝛigenis
diſcipulis martyꝛ efficit̃. Serenꝰ. Ter=
tius ex eius nichilominus auditoꝛibus
Eraclides martyꝛio coꝛonat̃. Quartus
heros neofitus. Nam ſuperioꝛ ſerenꝰ
adhuc cathecuminꝰ conſummatus eſt.
Quintus eiuſdẽ ſcole martyꝛ efficitur
aliꝰ noĩe Serenus. Qui poſt ml̄ta ſup=
plicia ꝓ xp̄o etiam capite plexꝰ tradit̃.

¶ Capitulum. iiij. de pontamiana ma
tyꝛe oꝛigenis diſcipula.

SEd et mulie=
res pl̄ime. In ꝗ̃bꝰ erat ꝗ̃dã
catecumina de ꝗ̃ ip̄e i ꝗ̇daꝫ
loco ait: ꝙ ignis baptiſma
ꝯſecuta ſit. Sed ⁊ potamiana famoſiſſi
ma feminaꝝ ⁊ martyꝝ: ⁊ ip̄e eiꝰ carnifex
Baſilides. Etenĩ in nr̃aꝫ vſꝗ̃ memoꝛiã
ab incolis loci. ꝑennis virtutũ potamia
ne fama celebꝛat̃: ꝙ immẽſos ⁊ innume
ros agones pꝛimo ꝓ virginitate ⁊ pudi
citia deſudauerit. Deĩde ẽt ꝓ martyꝛio
exꝗ̇ſita atꝗ̃ inaudita toꝛmẽta ꝑtulerit.
Atꝗ̃ ad vltimũ vna cũ venerabili m̄re
marcella: ignis ſupplicijs ꝯſummata ſit
Tradunt igit̃ aꝗ̇lã: hoc enĩ erat tyꝛãni
ci iudicis nomẽ: poſt ea ꝗ̃ crudelibꝰ eã
ſupplicijs lacerauit: ad vltimũ ob iniu=



riam ⁊ nobilitatẽ eiꝰ ⁊ caſtitatis ꝯmina
tum eſſe potamiane: ꝙ eam vel crudeliſ
ſimis gladiatoꝛibꝰ vel ĩpudiciſſimis le
nonibꝰ traderet. At illã cũ ab ea ꝗ̇d mal
let vel ꝗ̇d eligere ꝗ̃reret̃ ꝓtuliſſe aduer
ſum tyꝛannũ vocẽ liberam: ꝗ̃ ob ſuꝑſti=
tionẽ romani ritus ſacrilega videretur
Et ideo ſine moꝛa in eã illatã eſſe ſñiaꝫ
Cũꝗ̃ baſilides vnꝰ ex ijs ꝗ̃bus implere
ſpiculatoꝛis offĩn mos eſt ſuſceptã eaꝫ
deduceret ad ſupplicium: ac multitudo
impudicoꝝ pariter ⁊ impioꝝ potamia
ne: ꝓbꝛis ⁊ iniurijs conaret̃ illudere. Ba
ſilides abigere impudẽtius irruentes
ac deturbare cepit: humanitatis ⁊ miſe
rationis obtentu. At illa religioſũ viri
votum erga ſe et ꝓpoſitũ humanitatis
amplexa: certꝰ eſto (inꝗ̇t) ꝙ cũ abiero ad
dñm meũ: ſine moꝛa boni huius tibi re
munerationem parabo. Poſt hec auteꝫ
verba ꝯſtãter ſuſcepit ſtatuta ſupplicia
picis calide paulatĩ per artꝰ ac mẽbꝛa
diffuſe. Et hoc mõ btã virgo e terris mi
grauit ad celũ. Nõ multis aũt poſt die
bus. Baſilides cuꝫ inter collegas ſuos
ob cauſam quãdaꝫ iuramentũ poſceret̃
ait ſibi non licere oĩno iurare ꝓ eo ꝙ eſ
ſet xp̄ianus. Et hoc publice fatebat̃. Io
co eſtimatꝰ eſt pꝛĩo dicere. Tum deide
cum ꝯſtantiꝰ affirmaret ꝑtrahit̃ ad tri=
bunal. Ubi cũ ꝑſeueraſſet in ꝯfeſſiõe vi
culis tradit̃. Tũ ꝟo viſitantibꝰ eũ nr̃is:
et cauſam ſubite ac laudabilis huiꝰ ꝑ=
mutationis inꝗ̃rentibus dixiſſe tradit̃
ꝙ potamiana poſt dieꝫ tertiũ martyꝛij
ſui noctu aſſiſtẽs coꝛonã capiti ſuo ĩpo
ſuerit: dicẽs depcatã ſe pꝛo ipſo dñm ⁊
impetraſſe. vt ſm̄ ꝙ ſcriptũ eſt qꝛ ꝗ̇ reci
pit martyꝛẽ mercedẽ martyꝛis ꝯſequet̃
Quibꝰ auditis ꝯfeſtim fratres ſignũ ei
dñicum tradunt: et die poſtera ob dñi
martyꝛiũ: capite punit̃. Sed ⁊ alijs plu
ribus ꝑ illõ tp̄s apõ Alexandriã cõdiſci
pulis ſuis cũ ꝗ̃bꝰ verbo dei in oꝛigenis
ſchola operã dederat potamiana ſimi=
le munus tradit̃ pꝛeſtitiſſe aſſiſtẽs eis
per viſum et coꝛonas martyꝛij impe=
tratas a domino deferens: ſed de his
iſta ſufficiant.

¶ Capitulum quintum ꝙ oꝛigenes ſe
caſtrauit.

IGitur per idẽtem
pus cum docendi officio apud Alexan=
driam pꝛeeſſet. Oꝛigenes: geſtuꝫ ꝗ̇d ab
eo traditur: qð iuuenis oꝛtaſſe ⁊ minus
perfecti ſenſus videatur: ſed perfecte fi
dei ac nimie caſtitatis indicium conti=
nens. Illud namꝗ̃ quod ſcriptuꝫ eſt in
euãgelio: quia ſunt eunuchi ꝗ̇ ſe ipſos
caſtrauerunt pꝛopter regnum dei etiaꝫ
ſecundum hyſtoꝛiam implenduꝫ credi
dit: non ſolum caſtitatis obtentu: verũ
quoniam perſecutionis tempoꝛe taꝫ in
publico: ꝗ̃ in occulto ac ſecreto: ⁊ taꝫ vi
ris ꝗ̃ feminis verbum domini pꝛedica
bat: videlicet quo omnem occaſionem
turpis maledicti gratia infidelibus vi=
deretur excludere: dominicam voceꝫ re
atꝗ̃ opere in ſemetipſo aggreſſum eſt
implete. Cunꝗ̃ id pꝛo eo ne ab homĩbꝰ
laudem quereret. ſed a deo mercedem
ſperaret in occulto eſſe voluiſſet: tamẽ
latere non potuit: ſed rei geſte inditiuꝫ
ad Demetrium epiſcopum peruenit.
Iſꝗ̃ ingenti pꝛimo ſtupoꝛe ammiratus
eſt audacis animi virtutem. Tum dein
de collaudans fidei eius magnitudinẽ
vel caloꝛem: ⁊ tam grande in opere dei
pꝛopoſitum. Nunc maxime ait cepto
operi doctrine ⁊ pꝛedicationis inſiſte:
quando aduerſarijs nulla obſtrectandi
ſuſpitio derelicta eſt. Sed tunc quideꝫ
talis erat demetrij ſententia: cum ni=
chil animos inceſſerat quod recti iudi=
cij regulam in partem alteram declina
ret. Poſtea vero cum vidiſſet adoleſcẽ=
tis famam ſatis fieri claram: et magno
cum domi foꝛtiſꝗ̃ pꝛeconio extolli hu=
mane infirmitatis aliquid paſſus: opꝰ
quod ipſe pꝛius cum ingenti ammira=
tione laudauerat infamare poſtmodũ
cepit. Nam cum apud paleſtinam pꝛe=
cipui et eminentes inter epiſcopos viri
ideſt hieroſolymoꝛũ alexander ⁊ theo=
tiſtus ceſaree videntes diuinũ opꝰ eiꝰ ĩ
ꝟbo dei oꝛdinaſſent eũ pbr̃ꝫ ac ſummo
eũ ſacerdotio iam nãꝗ̃ dignum pꝛoba
rent: idꝗ̃ digniſſime factũ ab omnibus
laudaretur: ⁊ ne ſic quidem dignus ho
noꝛ ſapientie eius ac virtutibus in eũ
collatus diceretur vehementiſſime mo

mordit hic ſermo demetriũ. Et nõ inueniens in euꝫ cauſam alterius criminis hoc quod aliqñ puer adhuc ille egerãt ⁊ eṗs iam iſte laudauerat poſtmodum criminis loco ꝓtulit etiam in illos culpam qui eum ordinauerãt conatus inflectere. Sed hec poſtmodũ geſta ſũt. Tũc porro origenes apud alexandriã doctor eccleſie valde clarꝰ habebatur omnibus quos fama eius ad audiẽdũ eum cõuenire ꝓuocabat verbũ dei predicans ſicut apl's dicit oportune inoportune per diem per noctem publice ⁊ priuatim velut abſciſſis omnibus impedimentis liber ꝓrſus ⁊ cũ omni fiducia rem gerebat. Cũ vero decem ⁊ octo annis. Seuerꝰ tenuiſſet imperiũ. Antoninus ei filius ſuccedit quo in tempore tanq̃ plurimi erant q̃ in cõfeſſionibus gloriam queſierant dei tamẽ prouidẽtia fuerant reſeruati.

Cap. vj. de narciſſo viro ſancto hieroſolymorum epiſcopo.

IN quibus alexãder d quo paulo ante memorauimus cõfeſſiõis titulo ſatis clarus hieroſolymoꝝ eccleſie ſubrogatur eṗs cum ſupeſſet adhuc narciſſus qui priꝰ inibi functꝰ eſt põtificatus officio. Uerum qm̃ narciſſi memoriã ſermo ꝓgrediens attulit ꝯgruũ mihi videtur aliquid de eius geſtis inſignibus memorare: de quo ab incolis quidem loci per plurima memorie traduntur. Nos ꝟo vnũ opus eius memorauimus ex quo ceteris q̃ de eo narrantur merito fides poſſit adhiberi. Accidit aliqñ in die ſolẽni vigiliaꝝ paſche oleũ deeſſe luminaribus. Cũq; id ꝑ miniſtros ĩnotuiſſet meror plebi maximꝰ fuit. Sed narciſſus fide fidẽs miniſtris imperat haurire aquam ſibiq; deferri. Cũq; ꝑtuliſſent orauit ⁊ bñdixit aquaꝫ ⁊ infundit luminaribus precepit. Tũc repente miro ⁊ ſeculi ſic ſeculis inaudito genere virtutis natura aque in olei pinguedinẽ verſa ſplendorẽ luminum etiam ſolito reddidit clariorem. Ad fidem autẽ rei a plurimis religioſoꝝ fratrũ ex eodem oleo qđ verſum de aqua fuerat reſeruatũ eſt: ita vt ad nos vſq; miraculi huiꝰ indiciuꝫ ꝑueniret. Et in hoc q̃dẽ fidei eiꝰ ad meriti habebãt exẽplũ. Animi ꝟo ꝟtus quãta in eo fuerit alio nihilominꝰ vno de eius geſtis ope declarabit̃. His nãq; cũ inter cetera virtutũ ſuaꝝ bona eẽt valde ꝯſtãtꝫ animi ⁊ iuſti rectiq; indeclinabilr̃ tenax q̃daꝫ homũculi nequã male ſibi ꝯſcij metuẽtes ne criminũ ſuoꝝ ſi arguerẽt nõ poſſent effugere vĩdictã ꝑueniũt factiõibꝰ ⁊ circũuenire parãt eũ cuiꝰ iudiciũ verebant̃. Cõcinnat igit̃ aduerſuꝫ eũ infame ſatis ⁊ noxiũ crimẽ ꝯueniũt auditores teſtes ex ſemetip̃is ꝓducũt q̃ ſub ſacramẽto iuramẽti q̃ obiciebantur ꝯfirmarent. Quorũ vnꝰ teſtis ita vt nõ igni ꝯſumeret̃ vere ſe dicere teſtabat̃. Alius ita ne regio morbo corrumperet̃. tertiꝰ ita ne luminibꝰ orbaret̃. Et q̃uis ne iuramẽtis quidẽ iſtis quiſq; fideliũ ⁊ deũ timẽtiũ crederet eo q vita narciſſi ⁊ inſtitutio ac pudicitia ab oibꝰ noceret̃ ip̃e tñ eoꝝ q̃ mota ſunt indignitatẽ: ac moleſtiã nõ ferẽs ſimul ⁊ ſecretã ac philoſophicam vitã ſemꝑ habere deſiderãs ſubter fugit eccl'ie multitudinẽ ⁊ in deſertis locis atq; agellis ſecretioribꝰ delitescit annis q̃plurimis. At nõ ille magnꝰ diuine ꝓuidẽtie oculꝰ q̃eſcit in longũ ſed in impios vltionẽ ꝑ ea ipſa q̃ ſibi in piurijs ſtatuerãt maledicta mouit. Primꝰ nãq; ille teſtis parua ignis ſcintilla noctis tẽpore domo ſua ſuccenſa cũ omni genere omniũq; familia flammis vltricibus cõflagrauit. Alius repẽte ab imis pedibus vſq; ad ſummũ capitis ꝟticem morbo regio quo fuerat imprecatus repletur atq; ꝯſumit̃. Tertius autẽ priorum exitum videns ⁊ oculum diuinũ nõ ſe latuiſſe ꝓſpiciẽs prorumpit in medium et audientibus cunctis ſera penitentia vniuerſum concinati ſceleris ordinem pandit. Tantis autem lachrymis immanis commiſſi facinus deflet et in tantum die noctuq; perdurat inflectibus vſq;quo luminibus orbaretur. Hij igitur figmenti huiuſcemodi penas dederunt.

Cap. vij. de nonnullis epiſcopis hieroſolymorum.

Narciſſus



NArciſſus vero cum ita deſertum petiſſet ac locis ſemet ſecretioribꝰ abdidiſſet vt vbi nam degeret nullus agnoſceret: neceſſarium viſum eſt epiſcopis: vt aliuꝫ pro ipſo ordinarent cui nomen erat Dius. Cuiq; cum paruo tempore prefuiſſet eccleſie ſuccedit germanius. Et germanio in gordius: cum ecce ſubito velut rediuiuus celoq; redditus ex improuiſo apparuit narciſſus. Et rurſum a fratribus ad preſidẽdum rogatur eccleſie. Multo enim vehementius erga eum amor omniũ fuerat incitatus vel pro eo qđ criminoſis innocens ceſſit: vel q ſecretam et philoſophicam vitam dilexit ⁊ q in eo cõpleuit dominus dicens mihi vindictaꝫ ⁊ ego retribuam dicit dominus.

Capitulum. viij. de alexãdro qui narciſſo hieroſolymorũ eṗo adhuc viuẽti mira dei vocatiõe ſubrogat̃.

VEruꝫ cũ ipſe iam ſenio feſſus pontificatus miniſterio ſufficere nõ poſſet. Alexandrũ de quo ſuperius memorauimus qui iam eſſet epiſcopus alterꝰ loci diuina diſpenſatio in adiutorium narciſſi ſenis euidentiſſimis reuelationibus euocauit. Is namq; alexander ex gente capadocum vbi erat preclare vrbis epiſcopus. Hieroſolymam adorãdi: ⁊ ſanctorum locorum vidẽdi gratia properauerat. Quẽ loci incole mentes eoꝝ inſtigante deo cũ omni amore ⁊ officioſitate ſuſcipiũt ac charitatis: ⁊ dilectiõis nexibus vinctum domum redire non ſinunt. Oſtendebatur enim euidenter a domino nõ ſolũ ipſi beato viro narciſſo ſed ⁊ alijs plurimis per reuelationes in plebe vt ipſum in loco ſancto epiſcopuꝫ detinerent. Preterea quod ſupra cetera omnia magis terrificum fuit eo die quo ingreſſurus vrbem alexander nunciatus eſt ⁊ multitudo fratrum plurima extra portas in occurſuꝫ eius egreſſa eſt: vox celitus manifeſtiſſime oibus audientibus facta eſt dicens. Suſcipite epiſcopũ qui vobis a deo deſtinatꝰ eſt. Cũq; ex his omnibus euidenter apud eos fuiſſet dei diſpenſatio declarata epiſcopi vrbium vicinarum compertis omnibus quibus de eo res geri dei iudicio docebatur reſidere inibi euꝫ neceſſario compulerunt. Ipſe ergo alexander in epiſtolis ſuis ad antionoitas ſcriptis que vſq; ad preſens ſeruant̃ apud nos meminit narciſſi tanq̃ ſocij et conſortis in epiſcopatu his ip̃is verbis de eo ſcribẽs. Salutat vos narciſſus qui ante me epiſcopatum huius eccleſie regere cepit quiq; mecum poſitus orationibus veſtris centum iam et. xvj. annos vite ſue gerit. Qui et ipſe vos mecum pariter deprecatur eſſe concordes. De his quidem talia.

B Apud antiochiam vero defuncto ſerapione epiſcopo. Aſclepiades loci illius ſuſcepit ſedem. Qui ⁊ ipſe vnꝰ ex preclaro confeſſorum numero fuit. Meminit etiaꝫ huius ordinationis ſupradictus alexander antiochenis ſcribens hoc modo Alexander ſeruus et vinctꝰ ieſu chriſti beate eccleſie que eſt apud antiochiam in domino ſalutem. Reuelauit dominus vincula mea ⁊ carceris huius mei dilatauit anguſtias q comperi ſancte eccleſie veſtre aſclepiadem virum digniſſimum ſacerdotium ſuſcepiſſe. Hanc autem epiſtolam indicat ſuper clementem antiochene eccleſie preſbyterum: tranſmiſiſſe ſcribẽs in fine epiſtole hoc modo. Hec aũt nobis dñi fratres tranſmiſi per clementẽ beatum p̃ſbyterum virũ in omnibus virtutibus etiaꝫ probatiſſimũ. Quem noſtis vos ⁊ eo amplius cognoſcetis. Cuius preſentia apud nos per dei prouidentiam procurata et confirmauit et auxit eccleſiam domini.

Capitulum. ix. de ſerapione ⁊ eius ſcriptis.

FErtur ſerapionis epiſcopi eruditi viri puto q̃dem etiaꝫ alia opuſcula apđ alios haberi. Ad nos autem illa tantummodo venerunt

que ad Domium quendam ſcribit qui
in tempore perſecutionis a fide chriſti
recedens ad ſuperſtitionem iudaicam
declinauit: et ea que ad pontium et ad
caricium eccleſiaſticos viros ſcribit Et
alie nichilominus eius ſunt ad alios
epiſtole. Sed et ille liber venit ad nos
quem ſcribit de euangelio Petri vbi ar
guit quedaz falſa in eo ꝯſcripta emēda
re cupiens fratres qui erant apud Roſ
ſum qui per occaſionem ſcripture ipſiꝰ
in hereſim declinabant. Dignum tamē
videtur michi pauca quedam de eius
libello inſerere ex quibus innoteſcat q̄
fuerit eius de ipſa ſcriptura ſententia
Scribit ergo in quodam loco ita. Nos
enim fratres ⁊ petrum: et alios apoſto
los recipimus ſicut chriſtum. Que aūt
ſub eoꝝ nomine falſo ab aliis conſcri
pta ſunt velut gnari eorum ſenſus ac
ſententie declinamus: ſcientes ꝙ talia
nobis non ſunt tradita. Ego enim cum
eſſem apud vos putabā omnes recte fi
dei eſſe inter vos et non decurſo libello
qui mihi offerebat̄ in quo nomine pe-
tri cōſcriptum euangelium ferebatur:
dixi Si hoc eſt ſolum quid inter eos ſi
multatem videt̄ inferre legatur codex.
Nunc autem cōperto ꝙ hi qui codicez
illuz legi debere aſſerūt ꝓſpectu cuiuſ
dam occulte hereſeos hoc fieri popoſ-
cerunt ſicut mihi dictū eſt feſtīabo ite-
ruz venire ad vos. Nos enim nouimꝰ
fratres cuius heraſeos fuerit martia-
nus qui etiā ſibi ipſi cōtrarius exit non
intelligens que loqueretur que etiam
vos diſcetis ex his que ſcripta ſunt vo
bis: inueſtigata ꝑ nos ab illis qui hoc
ipſum euangeliuz ſecundum illius tra
ditionem didicerant et ſucceſſores exti
terunt ſententie eiꝰ Quos nos locetas
vocamus: quia in hac ipſa doctrina il-
lorum ſunt quāplurimi ſenſus et ab ip
ſis mutati. Nam certum eſt ꝙ plurima
ſecundum recti rationem ſentiūt de ſal
uatore. Alia vero aliter q̄ ſubiecimus
hec ſerapion ſcribit.

¶ Capitulum. x. de quodam clemente
et ſcriptis eius.

Clementis vero
libri hebentur plurimi apud nos tamē
hi ſunt qui inueniri potuerūt Stroma-
tuz libri octo quos hoc mō ꝓtitulauit.
A ¶ Titi flaui clementis de vera phi
loſophia cōmentarii ſcientie ſtromata.
Scromatum autem nos poſſumus in
telligere tanq̄ opus varie contextum.
Sunt ⁊ alii eiuſdem ypotipoſcon libri
viii. quos nos poſſumꝰ informationuz
vel diſpoſitionum nominare. In quibꝰ
nominatim pantheni meminit tanq̄ ꝓ
prii magiſtri et expoſitiōes ipſius plu
rimas ſcribit et traditiones eius operi
ſuo inſerit. Eſt etiam liber eius ad gen
tiles exhortatorius. Et aliꝰ liber q̄ dici
tur Pedagogus. Et alius qui ſuꝑſcri-
bitur quis eſt qui poſſit ſaluus fieri di
ues. Eſt ⁊ alius libellus de paſchar de
diſputatione: de ieiunio et de obtrecta
tione. Et aliꝰ exhortatorius ad patien-
tiam. Et alius ad neofitos. Sed ⁊ ille q̄
ſuꝑſcribit Canō eccleſiaſticus. Itē aliꝰ
de his qui iudaicum ſenſum in ſcriptu
ris ſequunt̄ quē ad alexandrū ſupradi
ctum epiſcopum ſcribit. In ſtromatibꝰ
autem non ſolum ea que ex diuinis ſcri
pturis ſumpſerat: ſternit ſed et ea que
apud grecos auctores habentur. Utile
namq̄ ei viſum eſt in illo opere compa
rere: ac conferre ſibi inuicem dogmata
vel ea que diuinitus ſancita ſunt: vel q̄
ad ſapientiam grecorum inuenta: vel
etiam que ceteris barbaris viſa ſunt.
Arguit etiem hereticoꝝ errores. Hy
ſtoriam quoq̄ inibi plurimam texit: et
ex omnibus materiam nobis eruditio
nis perfecte compoſuit. Unde merito
libros ſuos ſtromateas appellauit: id
eſt lacinioſa quadam: ⁊ varia diuerſita
te contextos. Utitur ſane exēplis etiaz
ex his libris quia nonnullis minime re
cipiendi videntur: id eſt ex ſapientia que
dicitur Salomonis: ⁊ ex Sapiētia Sy
rac qui appellatur eccleſiaſticus apud
latinos. Sed ⁊ de barnabe ⁊ clementis
epiſtola ponit exempla. Utitur etiā de
epiſtola iude. Meminit preterea ⁊ ſcri
ptorum antiquorum. Tatiani cuiuſdā
⁊ caſſiani velut qui chronica ſcripſerint
Philonis quoq̄ ⁊ Ariſtoboli ⁊ Joſephi
ac Demetrii ⁊ Eupolemi iudeorū ſcri



ptorum. Conferens etiā antiquiſſimis
grecorum moyſaicum ⁊ iudeorum ge-
nus antiquius eſſe comprobat. Multa
q̄ alia inſtrumēta optimarum inſtitu-
tionum illo opere cōtexuit. Et inter ce-
tera hoc in primo libello indicat ꝙ ipē
non longe poſt apoſtolos fuerit. Pro-
mittitq̄ commentarios ſe in geneſim
in ſacerdotijs ⁊ miniſterijs atq̄ in oībꝰ
que ad religionis obſeruantiam ꝑtinēt
gratia refulgebat: aſtabant hic pſallen=
tium chori: iuuenes ⁊ virgines ſenes cū
iunioribus laudabant nomen domini.
Hic miniſteria ordinatis ac diſpoſitis
vicibus agebantur. Pontificum quoq̄
ſacerdotū conceſſus ipſa canitie venera
bilis eminus prefulgebat. Iam vero ſi
quis per gratiam dei inſpiratꝰ ſermonē
proferret ad ppl̄m cū omni ſilentio ora
cunctoꝝ in eū: oculiq̄ conuerſi tanq̄ ce
litus ſibi per eū denunciari aliq̄d expe=
ctabant. Tanta auditorum reuerentia
tantus ordo in ſacerdotibus ſeruabat̄.
Inde alius atq̄ alius: ⁊ nō ſolū duo vel
tres ſicut apoſtolus dixit ceteris exa=
minantibus loquebantur: ſed ⁊ quātiſ=
cunq̄ dabatur ſermo in apertione oris
ſui: vt magis conſtaret in eis illud quod
moyſes dixerat. Quis dabit omnem ec=
cleſiam dei prophetare. Nuſq̄ enim li=
uor aderat nullum pulſabat inuidia dei
dona dei populis miniſtrabantur vnuſ
quiſq̄ ſecundum quod ſcriptum eſt ad

edificationem eccleſie abundare quere
bat et omnem hec in charitate gerebā-
tur ita vt ſe honore inuicem peruenirēt
⁊ alter alterum ſeſe diceret meliorem.
Nam ſimpliciores quiqꝫ ammirabaⁿ-
tur ⁊ ſuſcipiebant eos qui per ſapiētiā
verbi populos inſtruebant. Sapientes
vero et eruditi viri preferebant eos q̇-
bus pura vita ac ſincera ſimplicitas: of
ferendi deo hoſtias maiorem fiduciam
dabat eiſqꝫ immolandi ſacrificij per-
mittebatur officium quos familiarior
vite ſimplicitas in cordis puritate ſer-
uabat. Sic ſummo ſtudio perquirebat
alter in altero quod preferret.

¶ Igitur cum tali ſimplicitate eccle
ſiarum gloria apud deum hominesqꝫ ꝓ
ficeret: ⁊ imago quedam celeſtium ha-
beretur in terris: ſuper omnia quoqꝫ re
ligioſus princeps Cōſtātinus exulta-
ret in talibus: ac per dies ſingulos fide
⁊ religione creſcens inexplebili gaudio
de eccl'iarū ꝓfectibus repleretur. Sa-
cerdotibus etiam dei nō credebat ſuf-
ficere ſi ſe equalem preberet: niſi eos a
longe p̄ferret: ⁊ ad imaginem quandā
veneraretur diuine preſentie. Cumqꝫ
pro his omnibus non iam vt impera-
tor ſed vt pater coleretur a cunctis: nō
tulit infelix inuidia vel noſtrorum pacē
letis ſucceſſibus creſcere. vel illius er-
ga nos ſtudia inquaſſata durare. Et eñ
Licinius qui primo quaſi ꝓbitate mo-
rum et vite integritate ac merito virtu
tum: non ſolum ab eo in ſocietatem re-
gni fuerat aſcitus verum ⁊ propinqui-
tatem ex coniunctione ſuſceptus (ſoro-
rem namqꝫ Conſtantini in matrimoniū
acceperat) (videns imperatorem non tā
vi ⁊ metu: quam amore ⁊ religione om-
nibus imperare: atqꝫ in ſumma venera
tiōe cūctis eſſe mortalibus: ⁊ precipue
chriſtianis humano vitio pulſatus: im
mo inhumane inuidie: clade percuſſus
occultis inſidijs primo decipere egre-
gium principem parat idqꝫ q̄ꝫ maxime
per familiares ac miniſtros molitur.
Sed ille nihil quidem de eius dolis et
fraudibus ſuſpicatur: tamen quia toti⁹
erat confidens in deo: ad omnia ſe illo
ſigno quod ei celitus monſtratum fue

rat muniebat: nec vllis per hoc inſidijs
fieri obnoxius poterat. Verum Licini⁹
vbi neqꝫ beneficiorū memoria: neqꝫ affi
nitatis gratia reprimere immanitatem
conſcepti ſceleris poterat neqꝫ tamen ei
per occultas machinas inſidie procede
bant: ratus ꝙ imperator chriſtianorū
precibus iuuaretur: ⁊ ideo tutus rema
neret: ſtulta iracundia permotus. Im-
perator quidem apertum bellum indi-
cit: regniqꝫ fidē ſocietatemqꝫ contami
nat. Noſtros ꝟo priuato ⁊ ſpeciali odio
ꝑſequi parat: hec in querela deuocās ꝙ
non ita ꝓ ſe ſicut ꝓ Conſtantino xp̄ia-
ni in ſolemnibus ⁊ ex p̄cepto ſibi tradi-
tis orationibus excubarent. Verſa igit̄
vice: is qui pauloante acerrime in eos
vindicauerat: q̇ tyrannoꝝ tp̄e aduerſū
xp̄ianos aliq̇ crudele molliti ſūt: nūc in
noſtros tela contorquet ⁊ tyrānidis ſue
p̄nia ſacrilegia noſtroꝝ cruore delibat
Primo namqꝫ omnium de palatio ſuo
ſi quis chriſtianus eſſet exire iubet: tū
de deo in militia. Poſt hec ꝓfecit peſtē
⁊ tyrānicis edictis ſtatuit omnes qui ſe
xp̄ianos ꝓfiterent̄ in carcerē trudi. Sta
tim tn̄ inuenit aliq̇d in q̇ priores crude
litate ſuperet. Addit edicto vt ne quis
alicui miſſo in carcere cibū vel potū de
ferat dicens: iniquū eſſe miam fieri atqꝫ
humanitatē p̄beri ijs quos ip̄e ſuis legi
bus ↄdēnaſſet. Et ita multitudines in
carcerem retruſe inedia necabant̄. Sed
ꝑ hoc putabat adhuc occultiorem eſſe
tyrannidem ſuā. Verum creſcente ani-
mi ſeuitia: etiam hoc parū videtur cōti
nuo in epiſcopos ceteroſqꝫ ſacerdotes
dei rabiem crudelitatis extendit. Et ꝓ̇
mo oīm nobiliores quoſqꝫ ⁊ quos fa-
ma clarior extulerat vel ſapientie ⁊ do-
ctrine opinio cōmēdauerat: callida ar-
te circonuenit: ⁊ eos aut iniuriaꝝ reos
fieri aut cuiuſlibet alterius ficti crimi-
nis precipiens. nullaqꝫ negocij inquiſi-
tione habita puniri hoc ſolo quo defe-
rebantur iubebat: Jam vero poſt hec
inaudito omnibus ſeculis credulitatis
modo omnes qui contaminatis ſacrifi
cijs acquieſcere noluiſſent: non tortori-
bus vt preceſſores ſui tyranni faciebāt
neqꝫ cruciatibus ac ſupplicijs tradi



debat: ſed lanionibus dari: vt eos por-
corum more ſuſpenſos deſpicatoſqꝫ et
codicib⁹ ſuppoſitos ꝑ fruſta cederent:
⁊ in partes diuiſos: in mare ad pabulū
piſciū proijcerent. Eccleſia quoqꝫ quas
ſuis iam temporibus cōmunibus edi-
ctis extrui fecerat rurſū ipſe ſubuerte
re: ⁊ ꝑ oīa ſatis agere quatin⁹ cūctos qui
añ ſe fuerāt tyrānos crudelitate ſupa-
ret. Preterea ⁊ leges ſi q̄ apd̄ romanos
bñ ⁊ honeſte a maiorib⁹ late fuerant in
barbarorum ritum conuertere auaritie
quoqꝫ inſatiabiliter ſtudere ſenſus in-
nouare ⁊ agros cultoribus vacuos tri-
butis replere. Preterea ſi quos iniquis
factionibus circumuentos in exillium
miſiſſet horū vxores legitimis mr̄imo
nijs auulſas: ſeruis ſuis ac ſatellitibus
iūgere. Ipſe vero etiā cōtra etatis ſue
vires adulterijs ⁊ corruptione virginū
delactari. Verum vbi huiuſcemodi ar-
mis ⁊ virtutibus inſtructus tyrannidē
ferocius cepit agitare. Conſtantin⁹ aūt
qui erat veris virtutibus adornatus ⁊
perfecta in deum pietate munitus: tot
tantiſqꝫ flagicijs ire obuiam parat nec
difficultas aliqua victorie fuit: vbi et
cauſa iuſtior et fides purior: et virtus
eminentior habebatur. Deiectoqꝫ lici-
nio: atqꝫ omni memoria tyrannice dn̄a-
tionis ablata ſoliditatē romani regni
cum filijs ſolus obtinuit. Tū vero ſta
tus quidem reipublice equabili mode-
ratione: ⁊ cenſura digniſſima Romani
nominis habebatur. In nationib⁹ bar-
baris met⁹ ingēs. In ꝓuincialib⁹ vero
metu deuotio animi maior erat. Quie-
ta omnia et tranquilla ab hoſtibus bel
liſqꝫ ciuilibus: leti ſecuriqꝫ cūcti morta
les pacē agitebāt. Eccleſiaꝝ vero glo-
ria incredibile m ēorata eſt: quāto reli-
gioſi imꝑatoris ſtudio adolauerit: quā
taqꝫ ei⁹ cura etiā erga ſumptū indulgē
tiū fuerit. Ardēs nāqꝫ i fide dei anim⁹
⁊ begnignū ingeniū atqꝫ clemēs: bonis
opibus paſcebat. Intantū vero p̄ntiū
reꝝ bonitas ⁊ trāquilitas obtinebat vt
obliuionē p̄teritoꝝ pareret malorum.
Editis nāqꝫ freq̄ntibus per oēm locū
ꝓpoſitis: nō ſolū tyrannicas aduerſum
chriſtianos depulerat leges: viſqꝫ ciui-

le rediderat. verū ⁊ priuilegia plurima
eccleſiaſtica ac ſummos honores ſacer
dotib⁹ detulit. Jta deo atqꝫ hoībus ca-
rus ſummā Romani regni: cum religio
ne puratum etiam virtute animi ac mo
deratione ſupra omnes qui prius fue-
rant procurabat.

¶ Euſebij Ceſarienſis hyſtorie ec-
cleſiaſtice explicit liber nonus.

HUcuſqꝫ no-
bis Euſebius rerum in
eccl'ia geſtaꝝ memoriā
tradidit. Cetera vero q̄
vſqꝫ ad p̄ſens tp̄s ꝑ or-
dinē ſubſecuta ſunt: q̄ vel in maiorū lit
teris reperimus: vel nr̄a memoria atti
git patris religioſi p̄ceptis. ⁊ in hoc pa
rentes q̄ꝫ poterimus breuiter addem⁹
Hec etiā decimo libro eccleſiaſtice hy
ſtorie continentur.

¶ Incipit liber. x.

¶ Cap. j. de cōuocatione concilij ni-
ceni ꝓpter hereſim arrij heretici.

CUm apd̄ ale
xandriā poſt achillam q̇
petro martyrij ſucceſſe-
rat: Alexāder ſacerdotiū
ſuccepiſſet: q̄ pax noſtris
⁊ quies a ꝑſecutionib⁹ erat atqꝫ eccl'ia
rū gl'ia ↄfeſſorū meritis gaudebat pro-
ſperitas reꝝ noſtraꝝ domeſtica ↄtētio
ne turbat̄. Etenī pbr̄ quidā apud Ale-
xandriā arrius noie: vir ſpecie ⁊ forma
magis q̄ꝫ virtute religioſus ⁊ glorie lau
diſqꝫ ⁊ nouitatis improbe cupidus pra
ua quedā de fide xp̄i ꝓferre ⁊ q̄ antea
in queſtionē nūq̄ꝫ venerāt cepit abſcin
dere ac ſeparare ab illa eterna ⁊ ineffa
bili dei patris ſubſtantia vel natura fi-
lium conabatur. Que res plurimos in
eccleſia conturbabat. Sed cum alexan
der ep̄s natura leuis: ⁊ q̇etus aſſiduis
commonitionibus. Arrium cuperet a
prauo incepto et aſſertionibus impijs
reuocare: nec tamen res ex ſententia ꝓ
cederet: ꝙ pleroſqꝫ iam contagio peſti-
fere aſſertionis infecerat non ſolū apd̄
alexandriam: verum ⁊ per alias: vrbes
prouinciaſqꝫ diſperſa: pernitioſum fo-

re credens ſi diſſimularet alijs plurimis conſacerdotib⁹ ſuis rē indicat Queſtio latius innoteſcit: ſermo vſq3 ad aures religioſi principis: q̄ppe q̄ in omni ſtudio ⁊ diligentia curaret que noſtra ſunt peruenit. Tum ille ex ſnīa ſacerdotū apud vrbem. Niceem epiſcopale conſiliū cōuat ibiq3 Arriū trecētis ⁊ .xviij. epiſcopis reſidentib⁹ adeſſe iubet: ac de eius ꝑpoſitionibus ⁊ queſtionibus iudicari.

Cap. ij. quō cōſtātin⁹ in ꝯcilio illo noluit iudicare de querelis q̄ inter epiſcopos verſabant̄.

SEd ī eo concilio ammirabile factū principis nō puto reticēdū. Et eīn cū ex oībus pene locis epī ꝯueniſſent ⁊ vt fieri ſolet diuerſis ex cauſis inter ſe iurgia quedā detuliſſent interpellabat̄ frequēter a ſingulis offerebant̄ libelli culpe ꝓferebantur: ⁊ magis ad hoc q̄3 ad id pro quo ventum fuerat animos dabāt. At ille videns ꝙ ꝑ hmōi iurgia cauſa ſummi negocij fruſtraretur diē certam ſtatuit que vnuſquiſq3 epoꝝ ſi quid q̄rimonie habere videretur deferret. Et cum reſediſſet: ſuſcepit a ſingulis libellos. Quos ſimul oēs in ſinu ſuo ꝯtinēs: nec in eis q̄d ꝯtineret̄ aperiens ait ad epos. De⁹ vos ꝯſtituit ſacerdotes: et poteſtatē vobis dedit de nobis q̄3 iudicādi ⁊ iō nos a vobis recte iudicamur. Uos āt nō poteſtis ab hoīb⁹ iudicari ꝓpter qd̄ dei ſoli⁹ inter vos expectate iudiciū ⁊ vr̄a iurgia q̄cūq3 ſunt ad illud diuinū reſeruent̄ examen. Uos etem̄ nobis a deo dati eſtis dij ⁊ conueniens non eſt vt homo iudicet deos ſed ille ſol⁹ de quo ſcriptum eſt. Deus ſtetit in ſynagoga deorum in medio autem deos diſcernit. Et ideo his omiſſis illa que ad fidem dei ꝑtinent abſq3 vlla animoꝝ cōtentione diſtinguite. Cū3 hoc dixiſſet: omnes ſimul querimoniaꝝ libellos iuſſit exuri: ne innoteſceret vlli hominū ſimulatio ſacerdotū. Uerū cū ꝑ dies multos in epoꝝ conſilio fidei queſtio verteret̄: ⁊ nōnulli diuerſa ſentirent ac vehementer ceptis arrij fauerent cōplures tn̄ erant q̄ impiū arrij execrarētur inceptū3. Cūq3 in eodē cōcilio eſſet ꝯfeſſorū magnus numer⁹ ſacerdotū: oēs arrij nouitatib⁹ aduerſabant̄. Fauebāt ꝟo ei viri ī q̄ōnib⁹ calidi ⁊ ob id ſimplicitati fidei aduerſi.

Idē in hy. tri ꝑ. li. ij. ca. ij. ⁊ xj. b. j. ſacerdotib⁹ xij. q. j. futurā

Cap. iij. q̄ a ſimplici ſacerdote dialecticus in verbo dei ſupatur ⁊ xp̄ianus efficit̄.

QUātā vero ꝟtutē habeat ſimplicitas fidei etiam ex ijs q̄ inibi geſta reſerunt̄ agnoſcim⁹. Et eīn cū ꝓ ſtudio religioſi imꝑatoris ex oī terra ſacerdotes dei coiſſēt opinione commoti philoſophi quoq3 ⁊ dialetici valde nobiles ⁊ opinatiſſimi cōuenerunt. In quib⁹ quidē inſignis in arte dialetica per dies ſingulos conflictū ſummi certaminis cū3 epiſcopis noſtris viri ad eque in dialetica nō improbabiliter eruditis mouebat et fiebat ingens ſpectaculū Conuentibus ad audiendum doctis et litteratis viris: nec tamen vllo genere philoſophus concludi a quo quam poterat. aut conſtringi. Tanta et enim dicendi arte obiectis queſtionibus occurrebat: vt vbi maxime putaret̄ aſtrictus velut anguis lubricus laberetur. Sed vt oſtēderet deus ꝙ non in ſermone regnū dei: ſed in ꝟtute ꝯſiſtit: q̄dā ex cōfeſſoribus ſimpliſſime nature vir, ⁊ nihil aliud ſciens niſi chriſtum ieſum ⁊ hunc crucifixum inter ceteros auditores epiſcopus aderat. Qui cū vidiſſet philoſophum inſultantē noſtris et calida ſe diſputationis arte iactantem poſſit ab omnibus locum velle ſe paucis cū philoſopho ſermocinari. Cum vero noſtri qui ſimplicitatē viri ⁊ impericiem in ſermone duntaxat noſſent pauere ⁊ velut pudorē quendā pati: ne forte apud calidos homines riſui efficeretur ſancta ſimplicitas. Perſtitit tamē ſenior ⁊ hūc mouit ſermōis exordiū. In nomine inquit ieſu xp̄i philoſophie audi que vera ſunt. Deus vn⁹ eſt qui celum fecit ⁊ terram. Quiq3 homini que3 de terre limo formauerat ſpiritum dedit vniuerſa que videntur ⁊ q̄ non videntur virtute verbi ſui creauit ⁊ ſpiritus ſui ſanctificatione firmauit. Hoc verbum ac ſapientia quem nos filium dicimus humanos miſeratus errores ex virgine naſcit̄: ⁊ ꝑ paſſionem mortis a perpetua nos morte liberauit ac reſurrectione ſua eternam nobis cōtulit vitam. Quē ⁊ expectamus iudice3 oim̄ q̄ gerim⁹ eſſe venturū. Credis hoc ita eſſe philoſophie: at ille velut ſi nūq3 vllu3 ſermonē contradicendi didiciſſet ita obſtupefactus virtute dictoꝝ mutus ad oīa hoc ſolum potuit reſpondere ita ſibi videri. Nec aliud verum eſſe q̄3 quod dixerat. Tum ſenior. Si hoc in quit ita eſſe credidiſti: ſurge et ſequere me: ac dominicum et huius fidei ſignaculum ſuſcipe. Et philoſophus cōuerſus ad diſcipulos ſuos vel ad eos q̄ audiēdi gratia conuenerant: audite inquit o eruditi viri donec verbis mecū3 geſta res eſt verba verbis oppoſui. Et que dicebantur dicendi arte ſubuerti. Ubi vero ꝓ verbis ꝟt⁹ ꝓceſſit ex ore dicentis non potuerūt reſiſtere verba virtuti: nec homo aduerſari potuit. Et iō ſi quis veſtrum potuit in his que dicta ſunt ſentire que ſenſi credat chriſto et ſequatur hunc ſeneu in quo locutus eſt deus. Ita philoſophus chriſtianus effectus tande3 ſe gratulatus eſt victū.

Idē in hyſtoria tri. ꝑti ta. lib. ij. ca. iij.

Capitulum. iiij. de paſuntio confeſſore eiuſq3 miraculis.

FUit preterea in illo concilio ⁊ paſontius homo dei epiſcopus ex eg ypti partibus: confeſſor ex illis quos Maximinus dextris oculis effoſſis ⁊ ſiniſtro polite ſucciſo ꝑ metalla damnauerat Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia vt ſigna per eum nō minus q̄3 dudu3 per apoſtolos fierent. Nam ⁊ demones tantū verbo fugabat ⁊ egros ſola oratione curabat. Sed ⁊ cecis viſu3 dicitur reddidiſſe. Et paraliticos ad ſtabilitatem corporis reuocaſſe. Que3 Conſtantinus in tanta veneratione ⁊ affectu habuit vt ſe pius eum intra palatium euocatum complecteret̄: et illum oculu3 qui in confeſſione fidei fuerat euulſus audioribus oſculis demulſeret.

de paſuntio etiā. j. li. x. c. j. A in hyſto. tri. li. j. c. x. a et li. ij. c. ij. A.

Capitulum. v. de ſpiridione epiſcopo ⁊ eius mirabilibus hoſtionēq3 additione in ſymbolo.

EX eorum numero ⁊ ſi quid adhuc eminēti⁹ fuiſſe dicitur etiam Spiridion Cipus epiſcopus vir vnus ex ordine ꝓphetarum quantum etiam nos eorum qui eum viderant narratione comperimus. Hic paſtor ouium etiam in epiſcopatu poſitus permanſit. Quadā ꝟo nocte cum ad caulas fures veniſſent: ⁊ man⁹ improbas quo aditum educendis ouibus facerēt extendiſſent inuiſibilibus quibuſdam vinculis reſtriti vſq3 ad lucem velut traditi tortoribus permanſerunt. Cum vero omnes ducturus ad paſcua matutinus ſe ageret ſenior videt iuuenes abſq3 humanis vincu=

de hoſpiritione etiā in hyſto. tri. lib. j. ca. x. tere ꝑ totū3.

lis caulis pendere diſtrictos.

A ¶ Cunqꝫ cauſam noxe comperiſſet: abſoluit ſermone quos meritis vinxerat. Et ne eis inanis nocturna cederet occupatio tollite (inquit) o iuuenes vnū vobis arietem ne ſine cauſa veniſſe videamini: quem melius prece ꝗ furto q̄ſiſſe conuenerat. Tradunt de hoc etiaꝫ illud factum mirabile. Filiam habuit yrenem noīe que ei bene cum bene miniſtraſſet virgo defuncta eſt. Poſt eius obitum venit quidam dicens ſe ei q̄ddam depoſitum cōmendaſſe. Rē geſtaꝫ ignorauerat pater. Perquiſitum in tota domo nuſq̄ q̄ð paſcebatur inuentū eſt. Perſiſtebat ille qui commendauerat ⁊ fletu ac lachrymis perurgebat. Uite quoqꝫ ſue illaturum ſe eſſe exitū niſi commēdata reciperet teſtabatur. Permotus lachrimis eius ſenex ad ſepulchrum filie properat atqꝫ eam ex nomine clamitat. Tum illa de ſepulchro q̄d vis ait pater. Cōmendatum illius inq̄t vbi poſuiſti. At illa locum deſignans illic ait inuenies defoſſuꝫ. Regreſſus ad domum rem ſicut filia de ſepulchro reſponderat repertam tradidit repoſcēti. Sed et multa alia eius feruntur geſta mirabilia que etiam nunc ore omnium celebrantur.

B ¶ Tales igitur in illis adhuc tēporibus permulti viri in eccleſijs domini refulgebant ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt. Sed ⁊ Athanaſi⁹ eodem tēpore alexandri dyaconus alexandrini epiſcopi aderat concilijs ſenē quam plurimi iuuans. Interea p dies ſingulos agitabatur conuentus: nec facile aut temere de re tanta ſtatuere audebant. Euocabatur frequenter Arri⁹ in concilium ⁊ aſſiduo tractu aſſertiones eius diſcutiebātur. Et quid aduerſum hoc teneri deberet: aut ſtatui ſumma cum liberatione querebatur. Uerū poſt diutinum multumqꝫ tractatū placet omnibus ac velut vno cunctorū ore et corde decernitur homouſiō ſcribi deberet id eſt eiuſdem cum patre ſubſtātie filium confiteri: idqꝫ firmiſſima oīm ſententia pronunciatur. Decē et ſepteꝫ ⁊ ſoli tunc fuiſſe dicuntur quibus arrij fides magis placeret extrinſecus creatum dei filium ex nullis ſubſtantibus ⁊ non ex ipſa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad cōſtantinū ſacerdotalis concilij ſententia. Ille tāꝗ a deo prolatam veneratur. Cui ſi q̄ temptaſſet obniti velut contra diuina ſtatuta venientem in exilium ſe proteſtatur acturum. Sex igitur ſoli cuꝫ Arrio ſe patiuntur expelli reliqui vero vndecim concilio inter ſe habito acquieſcunt ad ſubſcribendum manu ſola non mente. Cuius ſimulationis auctor precipue extitit. Nicomedie epiſcop⁹ Euſebius. Interim quomodo alijs volūtate alijs ſimulatione (ſicut poſt exitus docuit) ſubſcribentibus ⁊ de ſingulis quibuſqꝫ eccleſiaſticis obſeruationib⁹ certa ſtatuta fingentibus concilium diremptum eſt. Exemplum autē expoſitiōis fidei eoꝝ qui ꝯuenerat īfra ſcriptū eſt.

¶ Exemplum fidei Nicene.

¶ Capm. vj. de expoſitione fidei in cōcilio niceno facta ⁊ eiuſdeꝫ ꝯcilij actis.

Credimus in vnum deum patrem omnipotentem omnium viſibilium et inuiſibilium factorē.

A ¶ Et in vnum dominum noſtruꝫ Jeſum chriſtum filium dei: de patre natum vnigenitum. Hoc eſt de ſubſtātia patris. Deum ex deo. lumen ex lumine Deum verum ex deo vero. Natuꝫ non factuꝫ. Homouſiō p̄ri: hoc eſt eiuſdem cum patre ſubſtantie. Per quem oīa facta ſunt que in celo et que in terris. Qui propter nos et propter noſtraꝫ ſalutem deſcendit: et incarnatus eſt homo factus paſſus eſt: et reſurrexit tertia die ⁊ aſcendit in celos. Inde venturus eſt iudicare viuos et mortuos. Et in ſpiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt: erat aliquando quando non erat: et anteqꝫ naſceretur non erat: et qui ex nullis exſtentibus factus eſt: aut alia ſubſtantia dicunt eſſe aut conuertibilem vel mutabilē filium dei: anathematizat catholica ⁊ apoſtolica eccl'ia.



Acta niceni ꝯcilij.

¶ .j. Statuūt preterea obſeruandum eſſe in eccleſijs ne quis ex his qui ſemetipſos per impatientiam libidinis excidrunt: veniret ad clerum.

B ¶ .ij. Et ne quis nuper aſſumpt⁹ ex vita vel conuerſatione gentili accepto baptiſmo anteꝗ cautius examinetur clericus fiat.

¶ .iij. Et ne quis epiſcoporum ceterorūqꝫ clericorum cum extraneis mulieribus habitet preter cum matre vel ſorore. vel thia. vel ſi que ſunt huiuſmodi neceſſitudinum perſone.

¶ .iiij. Et vt epiſcopus ſi fieri poteſt a totius prouincie epiſcopis ordinetur Si hoc difficile eſt certe non minus ꝗ a tribus: ita tamen vt Metropolitani epiſcopi maxime vel preſentia vel auctoritas habeatur. Abſqꝫ quo ordinationem irritam eſſe voluerunt.

¶ .v. Et ne quem ſi alius epiſcop⁹ de eccleſiā expulerit ſiue clericum ſiue laicum ſuſcipiat ali⁹. Sane ne hoc aut iracundia aliqua aut contētione (vt fieri ſolet) iniuſte factum remedium non haberet: decernūt per ſingulos annos in ſingulis vrbibus atqꝫ prouincijs ſecundo ab omnibus epiſcopis ꝓuincialibus concilia agi debere: ⁊ de huiuſmodi negocijs iudicari: vt ſi forte ab vno inique aliquid geſtuꝫ eſt a ceteris emēdetur. Si recte vt ab oībus confirmet̄.

¶ .vj. Et vt apud Alexandriā vel in vrbe roma vetuſta ꝯſuetudo ſeruet̄. vt vel ille egypti vel hic ſuburbicarum eccleſiarum ſollicitudinem gerat.

¶ .vij. Et vt ſi forte in ordinādo epō duo vel tres pro aliqua contentiōe diſſentiāt reliquoꝝ auctoritas ⁊ precipue metropolitani cū ceteris firmior habeat̄.

¶ .viij. Et vt epiſcopo Hieroſolymorum antiquitus tradita honoris p̄rogatiua fuer̄. manēte nihilominus: et metropolitani ipi⁹ ꝓuincie dignitate.

¶ .ix. Et vt catharos (q̄ apō nos nouatiōi ſunt) ſi forte penitētes ad eccl'iā ꝯuertant̄ cōfeſſos eccl'iaſtica dogmata clericos in ordine q̄dem ſuo ſuſcipi debere: ſed ordinatione data. Sane ſi eps ipſorum veniat ad epm nr̄m debere eū in preſbyterorum loco ſedere. Epi vero nomen manere apud illum ſolum qui catholicam ſemp tenuit fidem: niſi ſua voluntate ipſe eum tali nomine honorare voluerit vel ſi placuerit: vt q̄rat ei epi locū vacantē hoc in ipſi⁹ poteſtate.

¶ .x. Et ne ī vna ciuitate duo ſint epi.

¶ .xj. Et ſi qui forte indiſcrete ad ſacerdotium prouecti poſt moduꝫ vel ipſi aliquid de ſe crimnoſum confeſſi ſunt: vel ab alijs reuicti vt abijciātur. Sed ⁊ ſi quis ex his qui lapſi ſunt: ⁊ per ignorantiam forte ordinati: recogniti fuerunt vt abijciantur.

¶ .xij. Et ſi qui abſqꝫ tormentis in ꝑſecutiōibus lapſi ſunt: ⁊ ex corde agunt penitentiam: quinqꝫ annos intra catecuminos faciant: ⁊ duobus annis poſt hoc fidelibus tantum in oratione iungantur: ⁊ ita poſtmodū ſuſcipiant̄. Qui vero propter confeſſionē militem abiecerant: ⁊ rurſum hanc ambierunt: hos tredecim annis pn̄iam gerere: ⁊ poſt ea ſuſcipi ſi tū ex corde pn̄iaꝫ ꝯgerant. Eſſe tū et in poteſtate epi moderandi facultatem ſi eorum fructuoſam ⁊ attentaꝫ penitentiam viderit.

¶ .xiij. De his vero qui vita excedūt penitentibus decernunt vacuum nullū debere dimitti. Si qui ſane accepta cōmunione ſemperuixerit deberet eū tēpora ſtatuta complere: vel certe prout moderatio epiſcopi voluerit.

¶ .xiiij. Et ne diaconi preſbyteris p̄ferantur ne ve ſedeant in conceſſu preſbyterorum: aut illis preſentib⁹ eucharistiam diuidāt. ſed illis agētibus ſolū miniſtrant. Si vero pbr̄ nullus ſit in preſenti tūc demum etiam iuſſis licere diuidere aliter vero agētes abici iubēt.

¶ .xv. De catecuminis q̄ ꝓlapſi ſunt ſtatuere trib⁹ āniis eos ad catecuminoꝝ orone ſeparatos poſt ea recipi debere.

¶ .xvj. Et ne de ciuitate inferiori ad maiorem ecclesiam tranſire quis ābiat ſiue epiſcopus ſiue etiam alius cleric⁹. Et ne quis clericus qui derelicto eccleſia ſua nulla exiſtente cauſa probabili vagatur et oberrat per alias eccleſias

ſuſcipiatur in communione.

C.xvij. Et vt nemo eum qui ad aliũ pertinet ſuſcipiens in ſua eccleſia ordinet cleruꝫ abſqꝫ conſenſu illius ad quē pertinet.

C.xviij. Et ne quis clericus aut vſuras accipiat aut frumenti vel vini ampliationem quod ſolet in nouo datum vel ſextuplum vel etiam dupluꝫ recipi quod ſi faciat tanq̄ turpis lucri reum abijciendum.

C.xix. Et vt paulianiſte qui ſunt. Fortiniani rebaptizentur.

C.xx. Sed ⁊ dyaconiſſe quoniã qui dem man⁹ impoſitionem non accipiũt etiam ipſas inter laycos eſſe debere. Igitur cum de his prout diuinarum legum ratio popoſcerat decreuiſſent: ſed et de obſeruatione paſche antiquuꝫ canonem per quem nulla de reliquo varietas oriretur eccleſijs tradidiſſent oībus rite diſpoſitis eccleſiarum pax: et fides in orientis occidentis partibus: vna atqꝫ eadem ſeruabatur.

Capitulum ſeptimum. de profectione helene in hieruſalem et viuifice crucis ligni atqꝫ tituli inuentione.

PEridem tempus. Helena conſtantini mater femina incomparabili fide: ⁊ religione animi ac magnificentia ſingulari cuius vere Conſtantinus cum eſſet fili⁹: ⁊ crederetur: diuinis ammonita viſionibus. Hieroſolymã petit atqꝫ ibi locum in quo ſacro ſanctuꝫ corpus chriſti patibulo affixum pependerat ab icolis perquirit. Qui id circo ad inueniendum difficilis erat ꝙ ab antiquis perſecutoribus ſimulachruꝫ in eo veneris fuerat defixum vt ſi quis chriſtianorum in loco chriſtum adorare voluiſſet venerē videretur adorare. Et ob hoc infrequens ⁊ pene obliuioni datus fuerat locus. Sed cum vt ſupra dixim⁹ religioſa femina ꝑparaſſet ad locuꝫ celeſti ſibi indicio deſignatum cuncta ex eo prophana et polluta deturbans in alium purgatis ruderibus tres confuſo ordine reperitur cruces.

Sed obturbabat reperti muneris: leticiam vniuſcuiuſqꝫ crucis indiſcreta proprietas. Aderat quidem ⁊ titulus ille q̄ grecis et latinis atqꝫ hebraicis litteris a Pylato fuerat cõſcript⁹. Sed nec ipſe ſatis euidenter dominici prodebat ſigna patibuli. Hic iam humane ambiguitatis incertum diuinuꝫ flagitat teſtimonium. Accidit in eadem vrbe primariam quandam loci illi⁹ femineam graui egritudine confectam ſeminecem iacere. Macharius per idem tempus eccleſie illius epiſcopus erat. His vbi cunctantem reginam atqꝫ omnes pariter qui aderãt videt afferte huc inquit totas que reperte ſunt cruces: ⁊ que ſit que portauerit dominum nũc nobis aperiet deus. Et ingreſſus cum regina pariter ⁊ pp̄lis ad eaꝫ q̄ decũbebat defixis genibus huiuſcemodi ad deũ p̄cem ꝓfudit.

Idē in hyſto. tripti ta lib. ij. cap. xviij. E. f.

Cap. viij. d miraculo hieroſolymis facto q̄ crux dñi ab alijs crucibus fuit euidēter diſtincta.

TU domiñe qui per vnigenituꝫ filium tuum ſalutē generi humano ꝑ paſſionem crucis cõferre dignatus es: ⁊ nunc in nouiſſimis tēporibus aſpiraſti in corde ancille tue perquirere lignum beatũ in quo ſalus noſtra pepēdit oſtēde euidenter ex his tribus que crux fuerit ad dominicam gl'iaꝫ vel que extiterint ad ſeruile ſupplicium vt hec mulier que ſemiuiua decumbit ſtatim vt eam lignum ſalutare cõtigerit: a mortis ianuis reuocetur ad vitam.

Et cum hoc dixiſſet adhibuit primo vnã ex tribus et nihil ꝓfecit. Adhibuit ſecundam nec ſi quidem aliquid actuꝫ eſt. Ut vero admouit tertiam repente apertis oculis mulier conſurrexit.

Idē in hyſto. tripti ta lib. ij. cap. xviij. f.



Et ſtabilitate virium recepta alacrior multo q̄ꝫ dum ſana fuerat tota domo diſcurrere ⁊ magnificare domini potentiam cepit. Sic euidenti indico regina voti compos effecta templũ mirificum in eo loco in quo cruceꝫ repererat regia ambitione conſtruxit. Clauos quibus corpus dominicuꝫ fuerat affixum portat ad filium. Ex quibus ille frenos compoſuit quibus vteret̄ ad bellum. Et ex alijs galeam nichilominus belli vſibus aptam fertur armaſſe. Ligni vero ipſius ſalutaris partem detulit filio: parent vero thecis argentheis conditam dereliquit: in loco que etiam nunc ad memoriam ſollicita veneratiõe ſeruatur. Reliquie etiam hoc indiciũ religioſi animi regina venerabilis. Uirgines quas ibi reperit deo ſacratas inuitaſſe ad prandium: ⁊ tanta eas deuotione curaſſe dicitur vt indignum crederet. ſi famulorum vteretur officijs. Sed ipſa manibus ſuis famule habitu ſuccincta cibuꝫ apponeret poculum porrigeret aquam manibus infunderet. Et regina orbis ac mater impij famularum chriſti ſe famulaꝫ deputaret. Hec quidem hieroſolymis geſta.

Idem tangit in hyſtoria tripti ta. lib. ij. cap. xviij. G.

Cap'm. ix. quomodo conſtãtinus omnes gentes barbarios vincebat occultũ religionis.

INterea cõſtãtinus pietate fret⁹ Sarmatas gothos aliaſqꝫ barbaras nationes: ... que vel amicitijs vl' deditiõe ſui pacē preuenerant i ſolo ꝓprio armis edomuit. Et quãto magis ſe religioſius deo ſubiecerat tanto amplius ei de⁹ vniuerſa ſubdebat. Ad ãthoniũ q̄ꝫ primũ heremi habitatorē velut ad vnũ ex ꝓphetis l'ras ſupppliciter mitti vi pro ſe ac liberis ſuis dño ſupplicaret. Ita nõ ſolum meritis ſuis ac religiõe matris: ſed ⁊ interceſſione ſanctoꝝ commendabilem ſe deo fieri geſtiebat. Sane qm̃ tanti viri anthonij fecimus mentionē de virtutibus eius atqꝫ inſtitutis ⁊ ſobrietate mentis vt in ſolitudine vitam degens vſus ſoluꝫ modo conſortio fuerit beſtiaꝝ: ⁊ de demonibus crebros agens triumphos placuerit deo ſupra cunctos mortales: et que inſtitutionis ſue preclara vſqꝫ in hodiernum monachis exempla reliq̄rit volentem me aliqua exponere. ille libell⁹ excluſit q̄ ab Athanaſio ſcriptus etiã latino ſmone editus eſt. Propter qđ nos (omiſſis his q̄ ab alijs iaꝫ dicta ſunt) ea memorabimus que q̄ꝫuis geſtoruꝫ contineat fides ab his tamē qui longe poſiti ſunt obſcurior fama ſubtraxit.

De antonio i hyſto. tripti ta. li. j. ca. xj. d. e. f.

Cap'm. x. de captiuitate frumenti ⁊ ediſij: et de conuerſione Iudeorum per eos facta.

IN ea diuiſione orbis terre q̄ ad predicandũ verbuꝫ dei forte ꝑ apoſtolos celebrata eſt cũ alie alijs prouincie obueniſſent Thome parthia et mattheo ethiopia ei qꝫ adherēs citerior idia bartholomeo dr̄ ſorte decreta. Inter q̄ꝫ ꝑthiãqꝫ media: ſꝫ lõgo iſterior tractu idia vlterior iacet mltiſ varijſqꝫ liguis ⁊ gētib⁹ hitata. quã velut lõge remotã: null⁹ ap̄lice p̄dicationis vomer ipreſſerat. Que tñ tpibus ꝯſtãtini tali q̄dã ex cã ſemia fidei pria ſuſcepit. Metrodor⁹ q̄dē phus iſpiciēdoꝝ locoꝝ ⁊ orbis ꝑſcrutãdi grã vlteriorē dr̄ idiã penetraſſe. cui⁹ excplo inuitat⁹ et meropi⁹ q̄dã tyrius phs ſimili ex cauſa adire Indiaꝫ voluit habēs ſecum duos pueru-

loꝰs quos liberalibꝰ lr̄is vtpote ꝓpin
quos inſtituebat. Quoꝝ vnus q̄ erat iu
nioꝛ. Ediſius alter frumentiꝰ vocabat̄.
Igit̄ peruiſis ⁊ in noticiā captis his q̄=
bus animus paſcebat̄ cū ꝑhus redire
cepiſſet aque vel ceteroꝝ neceſſarioꝛuꝫ
cauſa: ad portū quendā nauis qua ve=
hebat̄ applicuit. Moris eſt inibi barba
roꝝ: vt ſi qn̄ fedus ſibi cum Romanis
turbatū vicine nūciauerint gentes oēs
q̄ apud eos ex romanis inuenti fuerint
indulgent̄. Inuadit̄ nauis ꝑhi: cūcti cū
ip̄o pariter perimunt̄. Pueruli reperti
ſub arbore mediātes: ⁊ lectiones ſuas
parentes barbaroꝝ miſeratione ſerua
ti ducunt̄ ad regem. Hoꝝ ille alterū id
eſt Ediſium ſibi pincernā fecit ⁊ frumē
tio ꝓo quem quaſi perſpicacem dep̄hē
derat ⁊ prudētem rōnes ſuas ſcriniaꝗ
commiſit. Ex quo et in honore magno
apud regē habiti ſunt ⁊ in amore. Atve
ro moriens rex vxorem cū paruo filio re
gni reliquit heredē. Adoleſcentibꝰ aūt
quid vellent agendi dedit liberā facul=
tatem. Quos tn̄ regina ſuppliciter exo
rat tanꝗ̄ q̄ nihil haberet in toto regno
fidelius vt ſecū vſquequo adoleſceret
filius regēdi regni ſollicitudinē parti=
rent̄. Et p̄cipue frumentium cuius pru
dentia admoderandū ſufficeret regnū.
Nam alius fidem purā ⁊ ſobriam men
tem ſimplr̄ exhibebat. Idꝗ̄ dū agerēt
⁊ regni gubernacula. Frumentiꝰ habe
ret in manibus: deo mentē eius ⁊ aīos
inſtigante requirere ſolicitiꝰ cepit ſi q̄
inter negociatores romanos chriſtiani
eſſent ⁊ ipſis poteſtatem maximā dare
ac monere vt cōuenticula p̄ loca ſingu=
la facerent ad q̄ Romano ritu oratiōis
cauſa ꝯfluerent. Sed ⁊ ipſe multo ma=
gis eadē facere: ⁊ ita ceteros cohortari
fauore ⁊ beneficijs inuitare: preſtare q̄c
q̄d oportunū fuiſſet loca edificijs alia=
ꝗ̄ neceſſaria prebere: ⁊ omni modo ge=
ſtire: vt chriſtianoꝝ inibi ſemen exurge
ret. Sed cum adoleuiſſet regius puer:
cui p̄curationem regni ipſiꝰ gerebant
expletis oībus ⁊ ex fide traditis multū
licet detinentibus ⁊ rogantibus vt ma
nerent regina vel filio ad orbem tn̄ no
ſtrum denuo reuertuntur. Et ediſio fe

ſtinante Tyrum parētes ꝓpinquoſꝗ̄
reuiſere. Frumētius alexandriam p̄=
git dicens equuꝫ nō eſſe opus occul=
te dn̄icum. Igitur rem oēꝫ: vt geſta e=
exponit. Epiſcopum admonet vt p̄ui=
deat virum aliquem dignū quem con=
gregatis iam plurimis chriſtianis ⁊ ec
cleſijs ꝯſtructis in barbarico ſolo epi=
ſcopum mittat. Tum ꝓo athanaſiꝰ (ná
his nuper ſacerdotium ſuſceperat) at=
tentius ⁊ ꝓpenſius frumētij dicta ge
ſtaꝗ̄ conſiderās in conſilio ſacerdotuꝫ
ait. Et quē aliū inueniemus virum ta=
lem in quo ſit ſpūs dei in ip̄o ſicut in te
qui hoc ita poſſit iplere. Et tradito ei
ſacerdotio redire eum cum domini gra
tia vnde venerat iubet. Quiꝗ̄ cum epi
ſcopus pertexiſſet ad Indiam tanta ei
data eſſe adeo virtutum gratia dicitur
vt ſigna per eum apoſtolica fierent ⁊ in
finitus numerus barbaroꝝ conuertere
tur ad fidem. Ex quo in Indie partibꝰ
⁊ populi chriſtianoꝝ ⁊ eccl̄ie facte ſunt
⁊ ſacerdotium cepit. Que nos ita geſta
non opinione vulgi ſed ip̄o. Ediſio tyri
presbytero poſtmodum facto qui fru=
menti comes prius fuerat referente co
gnouimus.

¶ Capitulū. xj. De cōuerſiōe hebreoꝝ
per captiuam mulierem facta.

PEr idē tē=
pus etiam hiberoꝝ
gens que ſub axe pō
tico iacet verbi dei ſe
dera ⁊ fideꝫ futuri ſu
ſcepit regni. Sed hu
ius tāti boni preſti=
tit cauſam mulier q̄dā captiua: q̄ apud
eos reperta cū fidelem ſatis ⁊ ſobriam
ac pudicam duceret vitam totiſꝗ̄ die=
bus ac noctibꝰ obſecratiōes deo p̄uigi
les exhiberet in ammiratione eſſe ipſa
rei nouitas barbaris cepit. Et q̄d hoc
ſibi velit curioſius p̄quirebāt. Illa vt
res erat ſimpliciter xp̄m ſe deū hoc ri=
tu colere fatebatur. Nihil ex hoc am=
plius barbari preter nouitatē nominis
mirabantur. Uerum vt fieri ſolet ipſa
perſeuerantia curioſitatem quandam
mulierculis inferebat: ſi quid ēm de=
menti ex tanta deuotione caperet̄. Mo
ris apud eos eſſe dicit̄ vt paruulus ſi
egrotet circunferat̄ a matre per ſingu=
las domus quo ſcilicet ſi qui expti ali=
quid remedij nouerint conferant labo=
ranti. Cūꝗ̄ mulier quedā paruulū ſuū
per omnes circuntuliſſet ex more nec
aliquid remedij cunctas domus luſtrā
do cepiſſet venit etiam ad captiuā: vt ſi
quid ſciret oſtēderet. Illa ſe humani q̄=
dem remedij nihil ſcire teſtat̄: deum tn̄
ſuum xp̄m quem colebat dare ei deſpe=
ratam ab hominibus ſalutē poſſe con=
firmat. Cūꝗ̄ cilicio ſuo ſuperpoſuiſſet
paruulum atꝗ̄ ipſa deſuper orationeꝫ
fudiſſet ad dominum ſanum matri red
dit infantem. Sermo defertur ad plu=
res: factiꝗ̄ fama manifici vſꝗ̄ ad aures
regine perlabitur.

¶ Que dolore quodam grauiſſimo cor
poris afflicta: in deſperatiōe maxima
erat. Rogat ad ſe captiuā deduci. Illa
ire abnuit ne preſumeret amplius ali=
quid q̄ꝫ ſexus ſinere videretur.

¶ Ipſa ſe regina deferri ad captiue cel
lulā iubet. Quam ſimiliter ſupra cilitiū
ſuū poſita inuocato xp̄i noīe continuo
poſt p̄cem ſanā ⁊ alacrem fecit exurge=
re: xp̄mꝗ̄ eſſe deum dei ſummi filium
qui ſalutem hanc contulerit docet: eūꝗ̄
quē ſibi auctorē ſue ſciret eſſe incolumi
tatis: ⁊ vite commonet inuocandū. Ip̄ꝫ
namꝗ̄ eſſe: qui ⁊ regibus regna diſtri=
buat ⁊ mortalibꝰ vitam. At illa cum le
ticia domū regreſſa marito percūctāti
cauſam tā ſubite ſanitatis aperuit: q̄ꝗ̄
cum p̄ ſalute coniugis letꝰ mulieri mu
nera deferri iuberet: illa horū inquit o
rex nihil captiua dignat̄. Aurum deſpi
cit argentuꝫ reſpuit ieiunio quaſi cibo
paſcitur: hoc ſolum ei muneris dabi=
mus ſi eum qui me illa inuocāte ſana=
uit Chriſtum deuꝫ colamꝰ. Ad hec tūc
rex ſegnior fuit ⁊ interim diſtulit ſepiꝰ
licet ab vxore commonitus. donec acci
dit quandā die venante eo in ſiluis cuꝫ
comitibꝰ ſuis obſcurari denſiſſimis te=
nebris diem ⁊ per terre noctis horrorē
luce ſubducta iter greſſibus denegarit
Alius alio diuerſi ex comitibus ober=
rant ip̄e ſolus denſiſſia obſcuritate cir





cundatus quid ageret quo ſe verteret
neſciebat: cum repente anxios ſalutis
deſperatione animos cogitatio talis aſ
cēdi. Si vere deus eſt chriſtus ille quē
vxori ſue captiua predixerat nunc ſe de
his tenebris liberet vt ipſum ex hoc
omiſſis omnibus coleret. Ilico vt hoc
nondū verbo ſed ſola mente deuouerat
reddita mūdo dies regē ad vrbē p̄ducit
incolumen. Quiꝗ̄ regine rē protinꝰ vt
geſta eſt pandit: euocari iam iamꝗ̄ ca=
ptiuā ⁊ colendi ritum vt ſibi tradat ex=
poſcit: nec ſe vltra alium deū q̄ꝫ chriſtū
veneraturum eſſe confirmat. Adeſt ca=
ptiua edocet dominum chriſtū: ſuppli=
candi ritum venerandiꝗ̄ modū inquā
tum de his aperire femine fas erat pā
dit. Fabricari tamem eccleſiam monet
formamꝗ̄ deſcribit. Igitur rex totius
gentis populo conuocato reꝫ ab initio
que erga ſe ac reginen geſta fuerāt ex=
ponit: fidemꝗ̄ edocet: ⁊ nōdū initiatus
in ſacris ſit ſue gentis apoſtolus. Cre=
dunt viri per regeꝫ femine per reginā.
Cunctiſꝗ̄ idem volentibus eccleſia ex=
truitur inſtanter: ⁊ eleuato iam pernici
ter murorum ambitu tp̄s erat quo co=
lumne collocari deberent. Cūꝗ̄ erecta
prima ⁊ ſecūda ventū fuiſſet ad tertiaꝫ
conſumptis oībus machinis ⁊ bonum
hominūꝗ̄ viribus cū media iaꝫ in obli
quū fuiſſet erecta: ⁊ pars reliqua nullis
machinis erigeret̄ repetitis ſcd̄o ⁊ ter
tio ac ſepiꝰ viribꝰ ne loco q̄dē moueri
attritis oībus potuit. Admiratio erat
totius ppl̄i regis animoſitas hebeſce=
bat: q̄d fieri deberet oēs ſimul latebat.
Sed cū interuētu noctis oēs abſceſſiſ=
ſent cunctiꝗ̄ mortales ex ip̄a opera ceſ
ſarent: captiua ſola in oratione perno=
ctans: māſit intrinſecus. Cū ecce matu
tinus ⁊ anxius cuꝫ ſuis oībus ingredit̄
rex: videt columnam quam tot machi=
ne ⁊ tot populi mouere non quiuerant
erectam ⁊ ſuper baſim ſuam librate ſu=
ſpenſam nec tamen ſuperpoſitam ſed
quantuꝫ vnius pedis ſpacio in aere pē
dentem. Tum vero omnes populi con
tuentes ⁊ magnificantes deum veram
eſſe regis fidem ⁊ captiue religionem:
preſentis miraculi teſtimonia perhibe

bant. Et ecc mirantibus adhuc ⁊ ſtupē
tibus cunctis: in oculis eorum ſenſim
ſuper baſim ſuam nullo contingēte co
lumna depoſita ſumma cum libratione
conſepit. Poſt hec reliquus numerus
columnaruʒ tanta facilitate ſuſpenſus
eſt vt: omnes que ſuperfuerant ipſa die
locarentur. Poſtea vero ꝙ eccleſia ma
gnifice conſtructa eſt: ⁊ populi fidei ma
iore ardore ſitiebant: captiue monitis
ad imperatorem Conſtantinuʒ totius
gentis legatio mittitur. Reges geſta ex
ponitur ſacerdotes mittere exoratur:
qui ceptum erga ſe dei munus imple=
rent. Quibus ille cum omni gaudio et
honore tranſmiſſis. multo amplius ex
hoc letatus eſt: ꝙ ſi in cognitas Roma
no imperio gentes et regna ignota iun
xiſſet. Hec nobis ita geſta fideliſſimus
vir Bacurius gentis ipſius rex: ⁊ apud
nos domeſticorum comes cui ſumma
erat cura: et religionis et veritatis ex=
poſuit cum nobiſcum Paleſtini tunc li=
mitis dux in hieroſolymis ſatis vnani
miter degereret. Sʒ ad ceptum redea=
mus.

¶ Capitulum. xij. de Conſtantia ſoro=
re Cōſtantini ⁊ presbytero per eum fra
tri ſuo commendato: qui poſt mortem
Conſtantini conſtātia inſinuauit vt ar
rium reuocaret.

POſtea ꝙ reli
gioſi principis mater He=
lena ſummis Romani re=
gni honoribꝰ affecta ex hac
luce deceſſit Conſtātia tunc Licinij de
relicta fratris auguſti ſolatijs vtebat.
Huic accidit presbyterum quēdam ve
nire in noticiam latenter partibus Ar
rij fauentē. Sʒ his primo nihil oīno de
his apud ſororē pncipis apire. Ubi ve=
ro multa familiaritas copiam tribuit:
paulatim ſermonem cepit aſpergere in
uidiam dicens Arrio generatam: ⁊ pro
ſimultatibus priuatis epiſcopum ſuuʒ
rem contentioſe exagitauiſſe: emulatio
nis ſtimulo confixum ꝙ Arrius apud
plebem ſatis carus haberetur. Hec at=
ꝙ huiuſmodi alia frequentius ſugge=
rens animos conſtantie ſuos efficit.
Que cum diem obitura viſitaretur a
fratre atꝙ ab eo blande religioſeꝙ cō=
pelleretur extremam dicitur ab eo gra
tiam popoſciſſe: vt presbyterum in fa=
miliaritate reciperet: et que ſibi ab eo
pro ſpe ⁊ ſalute ſuggererentur audiret
Si quidam iam ex luce diſcedentem ni
hil curare: pro fratris vero ſtatu eſſe ſo
licitam ne forte pro innocentium penis
regni ſui pateretur excidium. ¶ Quibꝰ
ille monitis a ſorore ſuſceptis: et fidelē
pro ſe germane ſollicitudinem credēs
accommodauit aurem presbytero: ⁊ in
terim accerſiri de exilio Arrium iubet:
vt quemadmodum de fide ſentiret ex=
poneret. Tū ille fidem conſcripſit: que
non quidem ſenſum noſtruʒ: tamen ver
ba noſtra continere profeſſionemꝙ vi=
deretur. Miratus quidem eſt Impera
rator: et putauit vnam eandemꝙ in ip
ſius et concilij dudum geſti expoſitio=
ne ſententiam contineri. Tamen in nul
lo relaxat animi vigorem: ſʒ rurſus eū
ad concilij remittit examen. Quoniam
quideʒ ad dedicationē hieroſolimorū
ex oīni orbe coire ſacerdotes inuitabā=
tur hec ad eos de nomine eius ſcribēs
vt ſi expoſitioneʒ fidei eius probarent
et eum vel per inuidiam: vt aſſerebat
tunc circumuentū dinoſcerent: vel nunc
ab errore correptum clementi erga ip=
ſum iudicio vterentur: quando quideʒ
tanta fuerit concilij moderatio vt non
in perſonaʒ eius ſed in dogmatū praui
tatem fuerit lata ſententia: ſi tamen et
epiſcopi eius alexandri accommodare
tur aſſenſus. Sʒ et ab ijs quidē qui pri
mo ceptis eius fauentes cum ſimula=
tione ſubſcripſerant: facile receptus eſt
cum vero alexandriam perrexiſſet ibi
omne eius fruſtratur inceptum. Quo=
niamquidem dolis apud ignorantes
locus eſt ſcientibus vero: dolum inten
dere non aliud eſt ꝙ riſum mouere. In
terea dum hec apud alexandriam fru=
ſtra agitantur: venerabilis Auguſtus
conſtantinus in ſuburbana villa Nico
medie: triceſimo et primo imperij ſui
anno die functus eſt: liberis de ſucceſ=
ſione Romani orbis teſtamento here=
dibus ſcriptis. Quo in tempore (quo



niam quidem conſtantinus cui
orientis regnum decreuerat p̄=
ſens nō erat) dicitur ſecreto ac=
cerſiens presbyteruʒ quem a ſo
rore commendatum ſupradixi=
mus: et ex inde familiariter ha
bitum tradidiſſe ei teſtamentū
quod ſcripſerat: et obteſtatꝰ ſub
ſacramento ne vlli niſi conſtan
tio cuʒ veniſſet in manus trade
ret cui etiam quod eunuchi qui
erant in palatio fauebant: arte
inditio de imperatoris morte
ſuppreſſo vſꝙ ad conſtantij pre
ſentiam: multis noua temptan
tibus oppreſſis: reſtituta inte=
Idē in graꝙ manſere. Cum vero Con=
hyſto. ſtantius affuiſſet: depoſitū preſ
triper. byter reſtituit. Cuius beneficij
li. viij. gratia imperator regni cupidꝰ:
cap. j. ⁊ ita et deuinctus eſt: vt qui im=
cap. v. perare cunctis ambierit: ab illo
ſibi imperari equanimiter pate
retur. Ex quo deuincto ſibi im=
peratore cepit d arrij reſtitutio
ne ſuggerere ⁊ nolentes acquie
ſcere ſacerdotes vti cogere per
ſuadere.

¶ Capitum. xiij. quomodo euſe
bius propter conſtantij familia
ritatem nitebatur reuocare. ir=
ritum geſta cōcilij: ⁊ cogere ale
xandrum alexandrie epiſcopuʒ
vt arrium ſuſciperet.

A tēpe=
ſtate apud alexā
driā alexander:
in hieroſolymis
maximus confeſ
ſor: apud Cōſtā=
tinopolim eque alexander vt ex
athanſaij ſcriptis comperimus
ſacerdotio fungebantur. Sed
euſebius qui apud Nicomediā
erat de cuiꝰ ſimulatione in ſub=
ſcribēdo ſupradiximus: amplā
occaſionem temporis nactus ⁊
principi per presbyterum fami
liaris effectus reuoluere oīa
atꝙ in irritum reuocare concilij
geſta molitur. Arrium nequaꝙ
apud alexandriam commoran=
tem venire facit: ⁊ imperialibus
edictis concilium denuo conſtā
tinopoli conuocari: quo conue=
nire illi maxime qui arrium at=
ꝙ Euſebiuʒ ſectabantur: quiꝙ
ſepe cum alexandro cōgreſſi vt
arriuʒ ſuſciperet: nec tamen ali
quid proficiētes ne ab iniurijs
quidem eius temperabant. Ad Idē in
vltimum certam ei diem ſtatuē hyſto.
tes denunciant: vt aut ipſe ar= tripti.
rium ſuſciperet: aut ſi remittere lib. iij.
tur: ſi eccleſia pulſo ⁊ exiliū tru= ca. x.
ſo: ab alio eum ſuſcipiēdum ſci=
ret. Tum ille nocte que ad con=
ſtitutam intererat diem: ſub al=
tari iacens atꝙ in oratione ⁊ in
lachrymis totam peruigilē du
cens: eccleſie cauſaʒ domino cō
mendabat. Cūꝙ lux exorta fuiſ
ſet: nec tamen ab oratione alexā
der ceſſaret. Euſebius cum ſuis
omnibus velut heretici belli ſi=
gnifer domum arrij matutinus
aſcēdit: eumꝙ propere ſequi ad
eccleſiam iubet: proteſtatus ꝙ
alexāder niſi preſens acquieſce
ret: expulſus cederet loco.

¶ Capitulum. xiiij. de probroſo
interitu arrij cum ad eccleſiam
proficeretur: vt ab alexandro
epiſcopo renuente quidem recē
peretur.

Erit om
nium ſumma ex=
pectatio: quo vel
alexandri perſe=
uerantia vel Eu
ſebij arrijꝙ inſtātia declinaret.
Cumꝙ cunctorum animi eſſent
vt in tali reſolet expectatiōe ſu=
ſpenſi: arrius ad eccleſiam per=
gens epiſcoporū ⁊ populoꝝ fre
quētia cōſtipatꝰ: humane neceſ
ſitatʒ cā ad publicū locū decli=

Idem in hy= nat vbi cū ſederet:inteſtina eius
ſto. tri atqꝫ oīa viſcera in ſeceſſus cuni=
pti. li. culū defluxere:ac tali in loco di=
xij. c. x. gnā morte blaſphemie et fetide
mētis ſexoluit. Quod poſteaqꝫ in
eccleſia nūciatū eſt. Euſebio at=
qꝫ ijs qui vna ſecum ſanctum et
innocentez virum Alexandrum
de arrio recipiendo fatigabant:
ſuperati pudore ꝛ adoperti cōfu
ſiōne diſcedunt. Tunc cōpletus
ſermo ad gloriā dn̄i quez in ora=
tice ſua alexander ad dn̄m ꝓcla
mauerat dicens. Judica dn̄e in=
ter me ꝛ Euſebij minas atqꝫ ar=
rij vim. Sed ij ad preſens quidē
paululū pudoris humere. cōue=
nientes vero inter ſe heretici ve
riti ne forte ſi ſicut res geſta eſt
integre ad impatorem cōſtātinū
perueniſſet nō ſolū a ꝑfidia eoꝝ
in qua quallide irreticus teneba
tur abſcederet verū ꝛ i auctores
deceptionis ſue ſeuerius aliq̄d ꝛ
regia auctoritate decerneret cō=
ponunt per eunuchos quos in
perfidia deceptos tenebant vti
de arrij morte imperator ꝙ fieri
poſſet cōpoſite ꝛ cōiter noſceret:
ne aliquid qd̄ dei vindictā indi=
care videret audiret. Quib⁹ ita
geſtis cauſa fidei vt ceperāt pro
ſequuntur.

¶ Cap. xv. quomodo athana
ſius alexandro defuncto effe
ctus eſt ep̄s alexādrie. ꝛ eiuſ
dem bonis principis.

IBitur apud alexan=
driam defun
cto Alexādro
Athanaſi⁹ ſu
ſceperat ſedē.
Qd̄ vero eſſet
idem vir acris ingenij ꝛ in eccle
ſiaſticis negocijs apprime vigi=
lans:ſatis iam tunc hereticis in
notuerat cū ad concilium Nice=
num cū epiſcopo ſuo ſene Alexā
dro venerat. Cuius ſuggeſtioni
bus hereticorum doli ac fallacie
vigilanter detegebantur. Sta=
tim ergo vt eum ep̄m factum co
gnouerat id quod res indicabat
ſua negocia per illius ſollicitu=
dinez facile proceſſura: omnib⁹
modis querere aduerſus eū ma
chinas deceptionum parabant.
Uerum nō mihi abſqꝫ ordine vi=
detur:pauca de huius viri origi
ne ſupra repetere:ꝛ cuius a pue
ro inſtitutionis fuerit: ſicuti ab
ijs qui cū ipſo vitā duxerant ac=
cepimus memorare. Tp̄e quo
apud alexandriam Petri marty
ris diem Alexander epiſcopus i.q.ſ.c.
agebat cū poſt expleta ſolennia ſpūſſ
conuēturos ad cōuiuiū ſuū cle= ctus.
ricos expectaret in loco mari vi
cino videt eminus puerorum ſu
per oīa maris ludū. imitantium
(vt fieri ſolet) ep̄m:atqꝫ ea q̄ in ec
cleſijs geri mos eſt. Sed cuz in= Eccl.
tenti⁹ diutino pueros inſpecta=
ret. videt ab his geri quedā etiā
ſecretiora ꝛ miſtica: perturbat⁹
ilico vocari ad ſe clericos iubet:
atqꝫ eis quid eminus ipſe vide=
ret oſtendit. Tunc abire eos et
comprehenſos ad ſe perducere
omnes pueros imperat. Cumqꝫ
adeſſent: quis eis ludus ꝛ quid
egiſſent vel quō percōtatur. Illi
vt talis habet etas pauidi nega
re primo deinde rem geſtā ꝑ or=
dinem pandunt. Et baptizatos
a ſe eſſe quoſdam catecuminos
confitentur:per athanaſium qui
ludi illius puerilis ep̄us fuerat
ſimulatus. Cum ille diligenter
inquirēs ab ijs qui baptizati di
cebantur:quid interrogati fue=
rint:quid ve reſponderint:ſimul
ꝛ ab eo qui interrogauerat. Ubi
videt ſecundū religionis noſtre
ritum cuncta conſtare collocut⁹
cum concilio clericorum ſtatuiſ=
ſe traditur:illis quibus integris
interrogationibus et reſpōſioni
bus ad quas fuerat īfuſa iterari
baptiſma non debere:ſed adim=



pleri ea q̄ a ſacerdotibus mos eſt. Atha
naſium vero atqꝫ eos quos ludus ille
vel preſbyteros habere viſus fuerat vel
miniſtros ꝯuocatis parentibus ſub dei
obteſtatione tradit eccleſie ſue nutrien
dos. Paruo autem tempore exacto cum
a notario integre ꝛ grammatice ſufficiē
ter athanaſius fuiſſet inſtructus:conti=
nuo tanqꝫ fidele domini commendatuz
a parentibus reſtituitur ſacerdoti: ac
velut Samuel quidam in templo domi
ni nutritur. ꝛ ab eo pergente ad patres
in ſenectute bona: ad portanduz poſt ſe
Efod ſacerdotale deligitur. Sed huius
tanti in eccleſia pro fidei ītegritate ago
nes fuerunt: vt etiam de hoc videatur
dictum eſſe illud quod ſcriptū eſt. Ego
enim oſtendam ei quanta oporteat euz
pati pro nomine meo. In huius etenim
perſecutiōes vniuerſus ꝯiurauit orbis.
Et commoti ſunt principes: terre: gen=
tes regna: exercitus coierunt aduerſus
eum. Ille autē diuinum illud conſerua=
bat eloquium dicens. Si conſiſtant ad=
uerſum me caſtra non timebit cor meū:
ſi exurgat in me preliuz:in hoc ego ſpe=
rabo. Uerum quoniaz tanta ac talia ei⁹
geſta ſunt: vt magnitudo quidem reruz
nihil me preterire patiatur: multitudo
vero geſtorum ꝙ plurima cogat omitte
re:incerto eſtuat animus:dum delibera
re non valet quid teneat quid omittat.
Et ideo pauca nos que ad rē pertinent
memorabimus. Reliqua eius fama nar
rabit. Sine dubio minora vero nuncia=
tura:nam nihil quod addere poſſit in=
ueniet.

